

# **Documentación inédita de la provincia agustiniana de Portugal en los años 1567-1586**

POR

DAVID GUTIÉRREZ, OSA

## INTRODUCCIÓN

Consta por los textos publicados en los volúmenes de esta revista correspondiente a los años 1981 y 1982, que la provincia agustiniana de Portugal estuvo sometida a un régimen de excepción por tres decenios, desde el año 1535 hasta el 1565. Celebró durante los mismos sus capítulos provinciales, en los que eran elegidos sus cuatro definidores, dos visitadores y los priores y miembros de cada comunidad; pero no el superior provincial. Durante los años 1535-1555 gobernaron la provincia —en nombre del General de la Orden— sus vicarios Francisco de Villafranca y Luis de Montoya; y, muerto el primero en 1555, continuó gobernándola el segundo por otros diez años. Volvió su régimen a la normalidad con el capítulo de 1566, en el que fue elegido prior provincial fray Pedro de Vila Viçosa; fueron elegidos por los capítulos siguientes, entonces bienales, Diego de San Miguel en 1568, Agustín de Jesús o de Castro en 1570, Sebastián Toscano en 1572, Miguel de los Santos en 1574, Diego de San Miguel en 1576, Sebastián Toscano en 1578, Miguel de los Santos en 1580, Agustín de Jesús en 1582, Dionisio de Jesús en 1584 y Cristóbal de Corte Real en 1586, para limitarnos a los años que hemos indicado en el título de esta colección de textos inéditos.

Los que se conservan en el Archivo «distrital» de Braga los ha descubierto y transcritó el P. Carlos Alonso en un viaje de estudio a Portugal; los que se encuentran en Roma los hemos copiado de los registros de los priores generales, conservados en el Archivo de la Orden; hemos suplido la falta de algunos

de dichos registros con los extractos que hizo de los mismos el P. Tomás de Herrera, cuyo trabajo se conserva en la Biblioteca Nacional de Madrid: *ms 8435*, páginas 634-762 lo relativo a los años 1567-1586. Anotamos algunos textos para explicar su sentido, cuando no es claro, o para proponer la explicación que nos parece más aceptable, y añadimos otras pocas notas de índole biográfica y bibliográfica. Conviene recordar que los agustinos portugueses fueron los únicos de toda la Orden que dejaron de posponer a sus nombres el apellido paterno, substituyéndolo con el nombre de Dios, de Jesús, del Espíritu Santo o de otro nombre o misterio, como hacían en su patria religiosos de otras Órdenes; pero dicha costumbre, que comenzó ya en la edad media, cuenta entre nuestros portugueses muchas excepciones. Conservaron en efecto su apellido Gaspar do Casal, Juan Soares, Sebastián Toscano, Gregorio Núñez Coronel, Gaspar dos Reis, Alejo de Meneses, Antonio de Gouvea y otros también conocidos.

## DOCUMENTOS

### 1

Perusa, 20 abril 1570

Venerabili et nobis in Christo dilecte, salutem.

Quas XV cal. decembris una cum definitoribus ad nos dedisti literas<sup>1</sup>, XI cal. maii nobis redditae fuere, ex quibus obitum praestantis atque probi viri patris Ludovici a Montoia percepimus, quem multo ante vehementer dolimus. Illum sane non secus diligebamus atque praecipuum patrem et de Ordine optime merentem, quique isti vestrae provinciae frugi et ornamento ipse fuerit, nos quidem minime latet, quippe qui licet vitae fuerit integrissima, ex quo sperandum sit ipsum ad caelum volitasse, his tamen temporibus discessisse, cum recordamur et audimus et legimus, maximo vobiscum maerore afficimur. Verum postquam revocari ad vitam minime possit, hoc unum restat, ut pari studio parique officio vos vestrae istiusque provinciae saluti studeatis et insudetis. Nos equidem dabimus operam (uti nostra interesse conspiciemus) ne nostra cura, industria, studium et officium pro vestrarum rerum securitate ullo pacto, ullove tempore vobis deficiat. Ceterum quod nunc per vestras literas contenditis, haud opportunum esse arbitramur, tum quod multo ante vestri capituli praesidentem creaveramus quam vestras acceperimus, tum etiam quod ad vos invisendos (nisi quid aliud adversi accidat) brevi isthuc accedere

---

1. Carta de fray Diego de San Miguel, que fue provincial hasta mayo de 1570. Con el elogio que sigue de Montoya conviene recordar el que hizo el mismo General en carta del 25 de noviembre de 1570: «... qui 35 annorum spatio provinciae istius fratres sanctissime rexerat». *Archivo Agustiniano* 22 (1924) 330.

deliberavimus. Tunc sane quod nunc expetitis, coram et firmius (ut percupimus) confidere poterimus. Quo vobis gratius fore censemus. Interim curate ut in Domino valeatis.

Datum Perusiae, ubi pro comitiis generalibus celebrandis commoramus<sup>2</sup>, die XX aprilis M.D.LXX.

Fr. Thaddaeus Perusinus, Vicarius generalis indignus.  
Provinciali Portugalliae.

(*A tergo*): Ven. et nobis in Christo dilecto P. provinciali provinciae Portugaliae Ordinis Eremitarum S. Augustini. Ulisbonae vel Coimbriae, aut ubi fuerit.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos: «cartas», s.n. (= por orden cronológico).

## 2

Perusa, 16 agosto 1570

Venerabilis et nobis in Christo dilekte, salutem. Litteras tuas<sup>3</sup> ex conventu Elborensi idibus martii ad nos datas, XVII cal. septembbris accepimus Perusiae, iam discessuri, imo vero iam ocreati et petassati. Per gratum utique nobis fuisset si in tanta augustinianorum patrum frequentia, qui his generalibus comitiis interfuerunt, vestrae etiam provinciae honestis viris hanc civitatem et *Anconitinem* domum nostram universamque sodalitatem vidissemus honestatam, ut et vos confratrum et sociorum vestrorum in hac nostra Italia mores, religionem, pietatem et regularis vitae observantiam vestris ipsis oculis inspiceretis et civitatem praeterea nostrorum in nos fratresque nostros omnes studia, officia, munificentiam, liberalitatem cum publice, tum privatim experiremini. Profecto neque itineris, neque suscepti laboris vos umquam paenituisset. Sed quia regiae Maiestati, ut scribis, optimis de causis, aliter visum est, excusationem vestram libenter admittimus. Accepimus et syngrapham centum aureorum, quos nobis munificentissimus Rex in generalis capituli subsidium liberaliter misit<sup>4</sup>, ipsamque schedulam Romam mittimus, ut ea pecuniae summa nobis quamprimum curetur. Speramus qui solituri sunt nihil ter-

2. El capítulo se celebró en Perusa del 1 al 4 de mayo; pero Tadeo, nombrado por el papa Pío V presidente del capítulo, había ido con anticipación a su ciudad nativa para prepararlo bien. *Analecta Aug.* 10 (1923) 32 y 23 (1953) 54-56.

3. Del nuevo provincial Agustín de Jesús, acerca del cual cf. T. Aparicio en *Estudio Agustiniano* 10 (1975) 47-82.

4. En octubre de 1567 había escrito el general Cristóbal de Padua a Montoya, «quod regem supplicet pro subsidio comitiorum, praecipue quia Pontifex non amplius indulgentias concedit, sicut consuetum erat». *Archivo Agustiniano* 22 (1924) 330. Este «subsídio» era para el capítulo general de 1568; pero es claro que Tadeo de Perusa repitió la súplica y que el rey don Sebastián se mostró también munífico con nuestros capitulares de 1570.

giversuros. Regi per has inclusas litteras gratias agimus; et tibi etiam non parvas habemus, qui diligenter negotium procurasti atque ex voto confecisti. Amabimus te semper atque favebimus dum qua coepisti ire peregrineris, et provinciam istam pie sancteque rexeris: quae quidem provintia inter reliquas Augustiniani nominis observantiae et sanctitatis opinione apud nos satis celebris in primis nobis cordi erit. Vale.

Datum Perusiae, die XVI augusti M.D.LXX.

Tui amantissimus

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae Ordinis Eremitani Sancti Augustini.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

3

Roma, 12 octubre 1570

Venerabilis et nobis in Christo dilecte, salutem. Pergratum nobis fuit quod ex tuis simul et definitorum litteris intelleximus, te scilicet patrum suffragii in provincialibus comitiis huic administranda regendaeque provinciae provincialem praesidem renuntiatum fuisse. Quam quidem electionem nos ratam, gratam officii nostri auctoritate et publicis nostris litteris libenter ostendimus. Speramus etenim te ea integritate et modestia, ea prudentia et dexteritate perfuncturum officio tuo, ut et Deo gloriam et Republicae nostrae honorem, provinciae huic Lusitanae decorem, nobis tandem spiritualem laetitiam omnimodamque satisfactionem afferat. Tuum autem erit nervos omnes intendere ne conceptam nobis de te spem re ipsa fallas, sed quam de te concitasti opinionem hanc perpetuo sustinere cures. Mittimus tibi pontificium diploma quod pro reformatione augustiniani Ordinis nostri Beatissimus Pontifex in generalibus comitiis ad nos direxit<sup>5</sup>, misuri et antiquas Ordinis Constitutiones quamprimum, prout opportunitatem tabellariorum vel fratum aliorumve hominum istuc proficiscentium licebit. Interim in ipsam iam olim inceptam reformationem regularis scilicet vitae et pontificii diplomatis observationem viribus omnibus incumbas, monemus.

Ex Urbe, die XII octobris 1570.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae Ordinis Eremitarum S. Augustini. Ulysiponae, vel ubi erit, ad Sanctum Augustinum.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

---

5. Dicho «diploma» es la bula de reforma que en 1570 dirigió san Pío V a nuestra Orden. L. Empoli, *Bullarium OESA*, Roma 1628, 311-317.

Roma, 26 noviembre 1570

Venerabilis et nobis in Christo dilecte, salutem. Moleste admodum ferimus fratrem Hieronimum de Avergra, alias Cuponium nuncupatum, et fratrem Antonium Gómez, per vias indirectas procurare ut ad vos, vobis etiam invitis, redire atque inter vos manere sibi iterum liceat. Quibus quidem fratribus, etiam si litteras nostras ostendant, nolumus tamen vos hac de causa obtemperare, nisi quatenus paci et tranquillitati publicae et regularis vitae conservationi atque augmentatione conducere iudicabitis. Ita namque vobis alias etiam scripsimus, et nunc iterum scribimus et approbamus. Non possumus equidem nos multorum precibus et importunitatibus semper obsistere: verum nec vos etiam decere existimamus erga socios et confratres vestros, levibus interdum de causis adeo severos, adeo duros et inexorabiles vos semper ostendere, ut eos ad desperationem adigatis.

Quod autem ad fratris Petri de Sancto Augustino negotium attinet, dum vobis significavimus quas ob res quibusve consultoribus ipsum capituli vestri praesidentem instituerimus, praeterquam quod religiosissimo viro et fratri nostro Ludovico a Montoya illum carissimum fuisse audiveramus. Monemus tamen eum per litteras et meliori de nota ut quiescat, ne vos aut provinciam istam turbet.

Ceterum familiaris quidam Illmi. et Excmi. Ducis Bregantiae nos obnixe rogavit, ut facultatem et immunitatem concederemus cuidam fratri nostro, paenitentiario seu confessario eiusdem Ducis et familiae ipsius, ut videlicet ipse confessarius amoveri non possit a conventu Villa Vizzosa, in quo nunc manet; qui quidem conventus, ut aiunt, maiori ex parte ab eodem Duce atque a Gentilibus ipsius extructus est. Appellatur autem confessarius ipse, si recte memoria tenemus, frater Paulus a Iesu. Proinde, nisi hoc legibus vestris aut provinciae istius reformationi aduersetur, illi concedi poterit, idque nostra auctoritate vos agere permittimus, praesertim in Excmi. Principis de augustinianae reipublicae istic optime meriti gratiam. Si vero id, salva provinciae reformatione, minime agendum esse censueritis, omittite. Bene in Domino vale.

Datum Romae, dia XXVI novembbris M.D.LXX.

Fr. Thaddaeus, Prior generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Portugaliae Ordinis Eremitarum S. Augustini. Ubi est.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

Roma, 14 enero 1571

Venerabilis et nobis in Christo dilecte, salutem. Praeterierunt multi iam dies, et aliquos fortasse menses, posteaquam tuas accepimus litteras, quibus ne duos quosdam istius provinciae fratres fere transfugas nostri impulsu recipere tibi necesum foret nobiscum agebas; alterum scilicet Hyeronimum nomine, Custodium antea dictum; alterum vero Antonium Gómez, qui sacris literis in Salmanticensi gymnasio, Reverendissimo sanctae memoriae praedecessore nostro ita annuente, per aliquot annos impedit operam. At quamvis nos minime lateat iisdem iamdudum literis dedisse responsum, meminerimusque optime omnia vestri provincialis capituli acta rata fecisse, nihilque tandem quod vel privatas vel publicas vestras litteras a nobis expectare perspeximus, prorsus omisisse; voluimus tamen festinantis nuntii hinc ad vos properantis occasionem opportunam optime nacti, rursus aliquid de illis duobus fratribus ad vos scribere, idque scilicet quod antea.

De fratre igitur Hieronimo, cum eiusdem non omnino nobis innotuerit animus, innotuerit ingenium, nihil penitus tibi indicimus, quin potius eundem tuo arbitrio vel recipiendum, vel expellendum relinquimus; hanc tamen de nobis et de cunctis fere Italiae patribus ac fratribus sententiam ferimus, satius fore nimirum, ut eiusmodi ingenium atque mores intra propios lares conservarentur, quam intra alienos.

De fratre vero Antonio Gómez fatemur ingenua alia a nobis ratio habenda esse videtur: quamquam enim duabus vel tribus de causis eundem inter vos nequaquam recipiendum esse per litteras nobis significaveris, tum quod a sanctissimo patre vestro Ludovico Montoya e provincia fuerit electus, aut potius abire permissus, tum quod eius consanguinei rebus nostris valde fuerunt infensi; quia tamen a nonnullis huiusc provinciae maxima sane auctoritatis ac fidei patribus nobis fere diversum significatum fuit, quod ille scilicet et bona Reverendi patris Ludovici venia studiorum causa Salmanticam se contulit, et quod etiam a venerabili istiusmet provinciae provinciali ceterisque patribus fuerat revocatus, cuperemus summopere, ut omni prorsus extraneo vel exotico fere et alieno affectu semoto, rem omnem diligentius pensitares. Quod si non multi ponderis id omne vel momenti fore conspexeris, nec ullum insigne detrimentum publicis vestris rebus inde eventurum, non usque adeo manibus pedibusque eidem insisteres, quominus ad vos redire posset; eoque magis ad id tibi insinuandum adducimur, cum Illustrissimus D. Cardinalis Legatus<sup>6</sup> et alii quamplures viri nobiles, hic Romae nobis eundem magnopere commendavissent. Nos quidem res vestras teque imprimis plurimi facimus, nec vos cogere, ut eundem recipiatis, aut ulla ratione compellere volumus, sed satis esse (?)

6. Era don Enrique, hermano del difunto rey Juan III. C. Eubel, *Hierarchia catholica*, III, Münster 1910, 33.

rem istam diligenter examinandam seduloque rimandam vobis proponere. Deinde, quidquid super hoc a vobis decretum fuerit, nos incunctanter probabimus, modo nobis constet nullum odium, nullamve aliam privatam causam exulem illum reddidisse.

Ceterum quod de aliis fratribus ab ista provincia vel animi eorum levitate, vel nimio disciplinae vestrae rigore egressis, et mox ad vos redire contendibus scribis, quod alias ad te super hiusmodi negotio scripsimus, haud dubie praestabimus, et quidquid commodo, honori ac amplitudini, conservacionique vestrae huic provinciae futurum esse noverimus, scito nos ullo umquam tempore praetermissuros. Bene vale, in orationibus tuis memor nostri assidue.

Ex Urbe, die XIIIII ianuarii M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus, Prior generalis indignus Ordinis Sancti Augustini.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto fratri Augustino de Iesu, Lusitanæ nostræ provinciae provinciali, Ordinis Eremitarum S. Augustini. Ulissipone. Ad Sanctam Mariam de Gratiis.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 6

Pena Firme, 3 mayo 1571

Congregação de Pena Firme 1571.

Na Congregação que se fez no convento de Pena Firme o primeiro de Maio de 1571, onde se ajuntarão os Mui Reverendos Padres Definidores Frei Sebastião Toscano, prior de Coimbra, Frei Pedro de Villaviçosa, prior de Lisboa, Frei Dioguo de São Miguel, prior Darronches, e Frei Antonio da Paixão, com o muito Reverendo Padre Frei Agostinho de Jesus, Provincial desta Província de Portugal da Orden dos Eremitas de Nossa padre Santo Agostinho, foi apresentada e lida pelo dito P. Provincial huma bula do Santo Padre e Senhor Nosso Pio Quinto, Summo Pontifice, de reformação da nossa santa religião aqual lhe mandou o Padre Reverendíssimo Geral nosso, Maestre Tadeo Perusino, e sob penas gravíssimas que a goardasse e a todos fizesse inviolavelmente goardar como Sua Santidade mandava. Nos, como servos e filhos obedientíssimos, a beijamos e pusemos sobre nossas cabeças, e de comun consentimento acordamos que se goardase em esta nossa Província do mihior modo que se pudesse goardar. E vendo que algumas cousas erão tão riguroosas que convinha, pera a reformação em que vivemos, consultar Sua Santidade e pedirlhe moderação ou dispensação, ordenamos que da parte da Província rescrevesse o Padre Provincial ao Papa, e que até vir a 2<sup>a</sup> jussão estivessemos como dantes estavamos, protestando obedecer a tudo o que Sua Santidade mandar, como nos constar da sua ultima vontade.

Estas são as cousas que avemos de pedir que se moderem ou dispensem.

1.<sup>º</sup> Que não sejamos obrigados a pregar todos os domingos e festas, salvo nos conventos mais insignes, que ao menos tenhão vinte religiosos.

2.º Que aya o Papa por sufficiente idade pera o confessar todo o genero de pessoa trinta anos, conforme a nossas Costituições, dummodo sejão os confessores aprovados in vita et moribus e velhos no seso e madureza, porquanto não averá velhos que sirvão a religião, por ser todo gente nova nesta Província. E o mesmo do mestre de noviçõs, que possamos pôr quem ser mais pera o cargo, posto que não seja velho.

3.º Que não sejamos obrigados a mudar os frades cada bienio, porertos inconvenientes que nisso ha e pollos grandes gastos que se não compadeçem com a pobreza da Província. E que possamos receber noviços conforme ao Concilio quanto a idade.

4.º Que os professos e noviços, attè serem sacerdotes, possão estar juntos debaixo da disciplina do Mestre e que possão sayr do noviciado em seus offícios. E que possamos ter servidores de menos de 24 anos.

Outros passos e clausulas da bulla declaramos em qué sentido as tñamos, porque tenhamos todos o mesmo juizo na goarda da bulla. Quanto ao que manda que os pregadores vão ao coro de dia e de noite salvo os dias que pregarem, entendemos que os dias que pregão são aquelles que lhe são necessarios pera pregarem e estudarem o que hão de dizer, que comummente he termo de oito dias.

Quanto ao que manda que em todas as casas aya doze religiosos <sup>7</sup> e que o convento que não puder sustentar este numero de familia, que seja extinto, entendesse daquelle conventos que nem com suas rendas nem com esmolas podem sustentar este numero de religiosos. E por quanto todos nossos conventos os podem sustentar bem, deste numero nenhum se deve de extinguir, e se alguns conventos ao presente não tem doze frades, não he pollos não puderem manter, senão porque se edificação ou reedificação de novo, e feitas as casas como se pedem, podemos bem sustentar.

Entendemos que o Catheçismo se ha de ter dentro em casa aos familiares e não ao povo.

Quanto ao que diz dos promovendos aos grados, que sejão examinados pollo P. Geral ou por examinadores deputados per elle, e rursus aprovados pollo Capitulo Geral, e não sejão admitidos senão os que se agraduão na Ordem por exame da mesma Ordem, e não dos que se agraduão em Universidades confirmadas pollo Papa e passão todas as tranqueyras e fazem todos os autos que nellas se acustumão fazer, com licença da ordem e apresentação do mesmo P. Geral, ao menos como sabemos que se faz na Universidade de Coimbra.

O que diz dos ordenandos e da sufficiencia que se requere e que os promotos aliás sejão privados das ordens, entendemos dos que forem promovidos daqui em diante.

7. Era el número mínimo establecido por la bula ya citada en la nota 5.<sup>a</sup>: «In quaque domo pauciores fratres non sint duodecim». Empoli, o. cit., 313.

Quanto ao que diz que os oblatos que não forem de quinze anos que estão atté agora recebidos, que sejão excluidos, entendemos isto dos oblatos que estavão recebidos na religião, isto he, que erão noviços e andavão nesse foro, e não dos oblatos que andavão no nostro mas não estavão recebidos na Ordem. Assim que quanto diz recipientur ou non recipientur ou recepti, entendemos ad Ordinem, para professarem, não ad domum.

Dos leigos que manda despedir e não forem de 24 anos, sômente trata daqueles que são recebidos pera aservir, e não parece tratar dos servos cativos, posto que «emuntur quum recipiuntur et venduntur quum ejiciuntur».

E queremos que quando esta bulla se mandará a execução, se faça goardar conforme a este entendimiento, em quanto o contrairo não for mandado por quem tiver maior ou igual authoridade.

Dada em nosso convento de Pena Firme a 3 de Maio de 1571.

Frei Agostinho de Jesus, Provincial  
 Frei Sebastião Toscano, Diffinidor  
 Frei Pedro de Villaviçosa, Diffinidor  
 Frei Dioguo de São Miguel, Diffinidor  
 Frei Antonio da Paixão, Diffinidor.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, caixa 46, s.n.

Roma, 19 mayo 1571

Venerabilis et nobis in Christo dilecte, salutem. Quantum utilitatis et decoris pariter litterarum studia Ordini afferant profecto nemo est qui ambigat. Ubique enim gentium cognovimus semper et provincias et respublicas tunc optime administratas quando sapientes et sapientiam amatores, quos philosophos dicimus, imperarunt. Sacrae itidem Religiones non sola sanctorum viorum probitate sed eorumdem etiam doctrina in immensum auctae sunt, multa christiani orbis commoditate et utilitate: cum etsi multum expeditat sancta hominum vita, multum etiam adiuvet eorumdem prudentia et sapientia ad homines ab impiis eorum viis revocandos, et haereticos expugnandos catholicosque in fide retinendos. Ut itaque Religio haec nostra, quae semper viros habuit praeclarissimos et omni scientiarum genere ornatissimos, in posterum eorum fulgeat scientia et doctrina, iccirco, etsi in Italia pleraque habeamus celeberrima gymnasia, ubi ex variis Ordinis locis iuvenes certatim confluunt ad bonas litteras imbuendas, cupimus tamen etiam in provincia ista hoc ipsum semper summa diligentia factum in dies servari magis, cum quotidie audiamus iuvenes esse quamplures, virtutum cupidos, qui si in aliquo istius regni gymnasio profiterentur, in viros evaderent doctissimos. Quos omnes etsi te maxime commendatos habiturum credamus, prae ceteris tamen iucundum nobis futurum est si in Coimbricensi Universitate et gymnasio collocaveris fratrem

Adeodatum de Trinitate, nobis summopere commendatum a viris praeclarissimis qui et nobis imperare possunt et universo Ordini, ac isti praesertim provinciae plurimo aliquando futuri iuvamento.

Quem etsi aliis nostris hac ipsa de causa commendaverimus, denuo tamen ut ardentius commendemus rogati fuimus. Hortamur itaque te et in Domino monemus ut nullo pacto ei sis impedimento, quin potius, aliis nostris non expectatis, iustum huic illius petitioni facias satis: ut hi qui rogarunt, cognoscant patres Lusitanos et nobis (ut semper consueverunt) obsequentes et studiosorum iuvenum amantissimos. Vel saltem nos certiores reddas si iusta aliqua causa sit ei id denegandum, quod summis votis concupiscit. Bene in Domino vale.

Ex Urbe, XVIII cal. iunii M.D.LXI.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus

BRAGA, *Arquivo distrital*, «cartas», s.n.

## 8

Roma, 25 mayo 1571

Venerabilis pater, salutem. Etsi frater Amator de Deo, Lusitanus, ab ista nostra provincia, te inconsulto, discesserit et sine tui licentia ad nos venerit, nunc tamen ad te revertitur; quem tibi summopere commendandum duximus, ut omni caritate suscipias misereariske ei, istinc (ut non debuit) abeundi. Nos enim, considerantes et longissimum iter et expensas multas ab ipso itinerante factas, insuper et pericula non pauca quae in via passum eum fuisse nulli dubium est, non potuimus ei non misereri, (proprium namque patrum est misereri filiorum). Ob id et te ministrum mitem, benignum et pium fore non dubitantes, hortamur ut eadem nobiscum afficiaris pietate, noverisque longam hanc peregrinationem inobedientiae suae et irreverentiae non mediocrem poenam fuisse. Iccirco nobis gratum erit si eum in conventu Ulisponensi vel Santarenensi collocaveris, ubi sub obedientiae vinculo religiose vivat, ut nos eum facturum speramus. Tu interim cura valetudinem tuam et, provinciae istius ac totius Ordinis decorem piae oculis habens, tuis assiduis apud Deum precibus nos adiuva.

Ex Urbe, octavo cal. iunii, M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostra Lusitaniae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ubi erit.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 9

Roma, 1 julio 1571

Venerabilis et nobis in Christo dilecte, salutem. Gratissimas tuas litteras accepimus, amoris quidem plenas, sed addemus eo tempore redditas quo Roma discessuri Italicae visitationi accingebamur; unde fit ut brevibus hac ipsa de causa tecum acturi simus. Speramus tamen; Altissimo praestantes, hac Italica visitatione ad vos iter parari. Quod quantocitius concessum fuerit. Tunc cognosces quanta diligentia statuta istius provinciae servari cupiamus, nihilque acturi sumus quod illius decori et commodo obesse aliquando possit.

Si autem interim aliquos vobis commendamus utque in universitate aliqua in studentium numero ascribatis significamus, id non eo animo factum est, ut sanctionibus provinciae, nostrorum praedecessorum auctoritate firmatis adversari velimus, sed quod ab amplissimis in hac Urbe viris nobis hi commendentur, quos vobis et nos, multis expectatis precibus et non nisi eorum importunitatibus victi, commendamus. Sin autem tua prudentia cognoveris eos minime dignos nec id facile fieri posse, quod aliquando nos significaremus, sat nobis fuerit causam nosse, ut his qui nos exorarunt respondeamus et verbis saltem satisfaciamus. Cupimus enim vobis omnibus rem gratam facere, nec quicquam eorum immutare, quare pro ipsius provinciae regimine et decore opportunum iudicaverimus. Interim, ut consuevisti, summa prudentia conventus istos protegas et in sancta regulari observantia servari curabis, utque pro nobis, Ordinem lustrantibus et pro eo libentissime labores quoscumque suspicentibus, orationes quandoque habeant fratribus istic degentibus mandabis, nosque pares pro vobis fieri curabimus. Cura ut valeas in Domino et (*tachado*: Magistro) fratri Petro de Villaviçosa ac magistro Sebastiano Toscano aliisque patribus nostro nomine salutem dicio.

Ex Urbe, pridie quam discederamus, iulii prima, M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 10

Perusa, 11 julio 1571

Venerabilis pater, salutem. Redit ad vos P. Martialis de Sancto Augustino, istius provinciae alumnus, quem tibi summopere commendamus, cum in Italia aliquot annis non sine laude commoratus fuerit; quem si in Conimbricensi studio collocaveris, ut biennio adhuc litteris operam dare possit, nobis gratissimum fuerit, ut ita confessionibus et praedicationibus, quarum gratia

revertitur, melius operam dare possit. Speramus enim eum taliter se habiturum, ut te cuiuscumque collocati in eum beneficij non paeniteat. Tu interim vale, et provinciae istius commodo et decori omni cum diligentia incumbas.

Datum Perusiae, die XI iulii M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ubi erit.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 11

Pavía, 31 agosto 1571

Venerabilis et nobis in Christo dilecti, salutem. Vestras litteras, vestram manuum subscriptione signatas, accepimus dum ex Urbe discesseramus et Italicam visitationem prosequebamur. Fuerunt autem illae nobis gratissimae; a patribus enim mittebantur quos gratissimos habemus et regularis observantiae amantissimos ac tenacissimos esse scimus. Et de his omnibus per eas certiones factis sumus, quae iamdiu nosse exoptabamus. Cognovimusque quas gratias in damnum istius provinciae a nobis concedi posse existimet; esas autem, etsi non multum semper faciendas credamus, in posterum autem concedemus remissius, quas hucusque nec nisi fere inviti et nobilium, imo principum multorum precibus victi, concessimus; ita tamen modicas, ita tenues et verbis limitatas atque remissas, ut nullum inde incommodum, perniciem nullam provinciae isti provenire facile credamus. Nec, ut vos omnes probe nostis, adeo communis est aliqua hominum lex, communia cuiusvis congregationis statuta, unde quandoque aliquos eximere, urgentibus de causis, non sit maioribus necesse, si servatam et pacatam rempublicam volunt. Certos tamen vos omnes esse volumus et nobis gratissimam esse provinciam istam, nec aliquid magis desiderare, quam ut quieti et paci eius et quotidiane (...) ni consulamus, nihiloque nobis minus eiusdem tranquillitatem et conservationem cordi habere. Quod et in dies vos magis cognituros speramus. Interim quidquid a nobis factum et cuivis concessum videretis, boni consulte, et quos contra vestras sanctiones, nostra auctoritate firmatas videritis, id omne si aequum iudicabitis, ratum ac firmum habetote; sin autem ad pacem turbandum quovis modo facere cognoveritis, et nos certiores reddite et non nisi rationabilibus causis factum axistimate.

Gratulamur nobis et vobis, nonnullos ex nostris fratribus ad eos (*sic*) indos serenissimi Regis cohortationibus et suasionibus missos, ut gentibus illis sanctissimum Dei nomen manifestent et ad christianam fidem populos illos convertant, conversos vero stabiles continuis praedicationibus reddant<sup>8</sup>.

---

8. El texto demuestra que el rey don Sebastián contribuyó con sus exhortaciones —y sin du-

Opus certe pium, unde et Altissimo summa gloria proveniet, Ordini nostro decus, populis illis commodum, et cunctis Christi fidelibus ingens futurum speramus gaudium. Eorum et aliorum quos illuc mittere opus esse iudicaveritis, laboribus et piis operibus Ordinem amplificari et monasteria ad illarum gentium faciliorem instructionem construi speramus et optamus. Bene in Domino valete, provinciae decori et commodo consulentes et Deum precantes ut nos, hac Italica visitatione completa, ad vos deducat incolumes, quo gaudium nostrum sit plenum.

Datum Papiae, die ultima augusti, M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus Perusinus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabilibus et nobis in Christo dilectis provinciali provinciae nostrae Lusitaniae ac definitoribus, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae. Ad Augustinianos.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 12

Milán, 4 septiembre 1571

Venerabilis pater, salutem. Seniorum consiliis et prudentia potius quam iuniorum et inexpertorum respublicas gubernandas esse tu ipse optime nosti. Quum quidem minetur sapiens: *Vae terrae, cuius rex puer est*<sup>9</sup>; quod tunc in subditorum vergit incommodum, quum puerili et iuvenili affectu principes ducti, spretis maiorum ac prudentiorum consiliis, singula perficiunt. Id autem ni tibi et isti nostrae provinciae aliquando eveniat, cupimus, ut seniores quoscumque reverearis (*senectus enim venerabilis est*)<sup>10</sup>, eorumque consiliis quaecumque agenda sunt perficias. Ita quidem reipublicae optime consultum erit, et tu qui, *quanto in loco superiore es, tanto in periculo maiore versaris*<sup>11</sup>, multis oneribus liberaberis. Nec tibi soli semper ascribetur, si quandoque (quod Deus avertat) provincia incommodum patietur, vel de tuo regimine alii conquerentur. Quod hucusque non sine causa a multis factum est, quod eo rationabilius egerunt, quia tu pontificium diploma, comitiorum generalium sanc-

---

da con su dinero— a la fundación de nuestra congregación misionera de la India. Bibliografía acerca de la misma en nuestra *Historia de la Orden de san Agustín*, II, Roma 1971, 229 y 258-65.

9. Eccles. 10, 16.

10. Sap. 4, 8.

11. Regla de san Agustín: Migne PL 32, 1384, donde se lee también el texto que cita el General al fin de su carta.

tiones et vestri capitulo confirmationem certis tantum patribus, obscuro quodam loco et tamquam in solitudine quadam congregatis, ostenderis, non autem singulis nota feceris, sicut nos ipsi sperabamus, et ut ipse debueras, ut singulis innotescerent, et alacrius servarentur. Quod cum inconsiderato factum credamus, cupimus ut aliis nota facias et ad ea servanda compellas, seniores reverearis, cunctosque tibi gratissimos efficias, nullum spernas, sed cunctos uti fratres ac filios et patres pertractes, nec te existimes *potestate dominante, sed caritate serviente felicem*<sup>12</sup>.

Bene in Domino vale.

Datum Mediolani, die 4 septembris, M.D.LXXI

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ubi erit.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

### 13

Roma, 28 diciembre 1571

Venerabilis Pater, salutem. Postremis tuis acceptis literis cognovimus quanto detinereris desiderio nos in ista provincia videndi, antequam provincialatus tui tempus complevisses. Nos quidem nil magis optabamus quam ad vos quamcuius commigrare, sed Ordinis maioribus negotiis prohibiti sumus usque adhuc. Speramus tamen primo tempore nos itineri committere, cum a Summo Pontifice licentiam istud veniendi obtainuerimus. Libenter autem istius provinciae comittiis proxime celebrandis adesse vellemus, sed id minime fieri poterit, si mense maio illa habebuntur; non enim tam brevi tempore pervenire nos posse credimus. At si illa prorogarentur diutius, facile fieri posset, ut adessemus, quod et nobis et vobis omnibus non ingratum aut iniucundum foret. At si illis nos praeesse non peterimus, ut antiquior definitio, iuxta antiquam consuetudinem, praesideat acquiescimus et libenter concedimus. Prioris ultra biennium confirmari non facile permittimus, cum Sanctissimi Domini nostri decretis aduersetur; nos tamen cum vobiscum erimus conventuum commodis et vestris petitionibus satisfacere conabimus. Regis serenissimi iusu fratres nostros ad Indos Ethiopes missos gaudemus, et alias mitti alacriter annuimus, ut ita et in regionibus illis Ordo amplificetur et populorum saluti consulatur. Proinde Suae Maiestati gratias immensas agere non deerimus, quae tot quotidie nos beneficiis afficiat. Vos vero quam de vobis concepit optimam expectationem et sustinere et augere satagite. Quod fratri illi, nostris li-

---

12. Cfr. Armando de Jesús Marques, *Frater Sebastianus Toscanus*, Salamanca 1965, p. 26.

teris in provincia ista vaganti, litteras abstuleris, rem gratissimam fecisti, utque aliis nostris facultatibus abutentibus idipsum fiat magnopere cupimus.

Ceterum tibi significandum duximus nos nobilium multorum in Urbe commorantium precibus importunis sollicitatos ut fratri Antonio de Incarnatione multa concederemus: cupiebat quidem se conventum posse eligere, ubi Altissimo commodius famularetur; inde amoveri a nullo nobis inferiori petebat. Vocem activam et passivam in provinciali etiam capitulo concedi sibi postulabat, et alia multa a nobis requirebat, etiamsi illa bullae reformationis Sanctissimi Domini nostri repugnare viderentur. Nos autem cum eum fratrem non agnoscamus, cuius spiritus sit, neque quicquam facere velimus quod decretis Summi Pontificis aduersetur et istius provinciae ordinationibus, cupientes tamen omnibus quantum possumus satisfacere et rem gratam efficere, tibi eum commendandum duximus, ut ei id totum concedatur a patribus provinciae, quod vestrae et universi Ordinis non deroget dignitati et statutis vestris ac primum Summi Pontificis decretis non contrarietur. Bene in Domino vale et Deum exora ut quamcuius ad vos incolumes deducat.

Roma, die XXVIII decembbris M.D.LXXI.

Fr. Thaddaeus Perusinus, Prior Generalis indignus

(*At ergo*): Venerabi et nobis in Christo dilecto provinciali provinciae nostrae Lusitaniae Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisponae, ad Agustinianos.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 14

Roma, 14 de agosto de 1572:

Magistro Sebastiano Tuscano provinciali Lusitano provinciam illam summopere commendavimus, ut eo rectore refloreat et pristino splendori restituatur. Cui etiam respondimus accepisse suos commentarios in Ionam prophetam, quos imprimendos curabimus<sup>13</sup>.- Dd 34, f. 3.

## 15

Roma, 22 de agosto de 1572:

Magistro Ferdinando Lusitano confirmavimus omnia sibi prius concessa, seu a nobis seu a praedecessore nostro, dummodo ea non repugnant sacri

---

13. Y se imprimieron en Venecia en 1573. Véase una foto del frontispicio en Armando de Jesús Marques, *Frei Sebastião Toscano na conjuntura religiosa da sua época*, Coimbra 1963, p. 34-35.

Concilii decretis, reformationi Ordinis et definitionibus capituli provincialis in ea provincia nuper celebrati.- Dd 34, f. 4.

## 16

Lisboa, junio de 1573

Entre los folios 47v y 48r falta por lo menos un quinterno, pues al fin del 47v se trata de una carta firmada por Tadeo de Perusa en Sevilla el 4 de mayo de 1573, y el folio 48 comienza con los estatutos que dio el mismo General en Lisboa a la provincia portuguesa. El recorrido Sevilla-Lisboa le había costado a Seripando del 3 al 29 de julio de 1541<sup>14</sup>; es pues muy verosímil que Tadeo emplease en el mismo itinerario las tres últimas semanas de mayo y la primera de junio de 1573, que dedicara algo más de otra a la visita del convento de Lisboa, a saludar personalidades de la vida política y religiosa en la misma capital, y que promulgara sus estatutos hacia el 20 de junio; de hecho, la primera noticia que se lee en el registro después de los mismos es del día 24.

Falta el principio del proemio que, según costumbre de entonces y de ahora, antepuso el General a sus estatutos; pero es fácil suponer lo que falta, esto es: que trató con el provincial y definidores de los estatutos que tenía la provincia, ya por definiciones de sus capítulos ya por las ordenaciones que le había dado Seripando,

*[quas cum vocatis [fol. 48] in unum locum provinciae patribus perlegissetsemus et summa cura ac diligentia expendissemus, visum est nobis esse faciendum ut nonnullas ex illis abrogaremus, alias, adhibito moderamine, emendaremus, alias vero adiceremus, quo magis essent huius provinciae reformationi, quam magnopere conservatam esse cupimus, itemque paci et tranquillitati consultum.*

Neque id mirum videri alicui debet, siquidem humanae leges pro varia temporum, locorum et negotiorum occurrentium ratione, consueverunt magna cum subditorum utilitate mutari. Neque enim omnibus aut temporibus aut locis aut negotiis eadem leges congruunt.

Quae igitur moderanda, quaeve institutis iis quae comprobavimus addenda de patrum consensu et consilio existimavimus, haec sunt quae infra scribuntur, quae ipsa in hac provincia ab omnibus inviolabiliter volumus observari, donec per nos aut per capitulum generale proxime futurum aliter decretum fuerit.

[STATUTA]

Principio, ut a praepotente Deo nostra omnis institutio exordiatur, praecipimus et mandamus ut tam divinum Officium in choro quam Missae privatae et sollemnes celebrentur iuxta ritum a sacro concilio Tridentino insti-

---

14. Cf. *Analecta Aug.* 26 (1963) 45-47.

tutum<sup>15</sup>. Et quod ad cantum attinet, servetur forma in Ordinario praescripta, ubi diurna et inveterata regionis consuetudo non obstat.

Deinde decernimus et mandamus ut Missae maiori omnes intersint, nisi eo die aliquibus praedicare contigerit et die praecedenti itidem. Qui vero per hebdomadam duas contiones habuerint, non cogantur Missae maiori interes- se; at vero ea hebdomada qua non praedicant servetur provinciae definitio.

Ex hac provincia nulli Italiam aut quamcumque aliam regionem litterarum causa se conferant, nisi qui missi fuerint ab ipsa provincia vel a Rev<sup>mo</sup> Pa- tre generali fuerint vocati. Et eos qui studii literarum operam dederint, possit idem Rev<sup>mus</sup> Pater ad licentiaturam usque [fol. 48v] promovere, gradum ma- gisterii suscepturos iuxta Conimbricensis academiae et collegii nostri instituta: idque cum venerabili provinciali ac definitoribus visum fuerit, aut quando- ere<sup>16</sup> (?) eiusdem collegii exstiterit.

Et quoniam eorum qui ex provincia discedunt facta est mentio, statuimus et decernimus, quod qui sine licentia et consensu provincialis in Italiam aut quamcumque aliam regionem litterarum causa profecti fuerint, ad studium nullo pacto admittantur; et si forte admissi fuerint, nullum habeant in provin- cia neque locum neque votum. Et si per multum tempus extra provinciam per- manserint, amittant locum et vocem. Illi tamen qui de consensu provinciae in Italiam studiorum causa missi fuerint, subsidium quattuor aureorum in singu- los annos habeant quosque ad praedicationes habendas fuerint admissi.

Porro illi qui, ex provincia discendentes, habitum Ordinis deposuerunt, praeter poenas in Constitutionibus taxatas, amittant locum et votum. Qui ve- ro ab uno conventu ad alium eiusdem provinciae sine venerabilis provincialis licentia commigraverint, neque locum neque votum amittant, sed iuxta arbitrium provincialis et definitorum puniantur. Qui vero deinceps ex provincia discesserint et in Religione tamen honeste vixerint, amittant votum sed non lo- cum.

Item decernimus ut in comitiis provincialibus definitor praecedentis capi- tuli qui fuerit professione antiquor praesideat et vices Rev<sup>mi</sup> Patris gerat nisi quis alias ab eodem per litteras ad muneric obeundum fuerit designatus. Ma- gistri vero praecedant omnes priores, unico locali priore excepto.

Confirmamus definitionem septimam Ill<sup>mi</sup> domini Seripandi, ut singulo quoquo anno quo capitulum non celebratur fiat congregatio [fol. 49] provincialis, visitatorum et definitorum in certo aliquo provinciae conventu, ad res multas provinciae necessarias ordinandas et corrigendas<sup>17</sup>.

Confirmamus pariter duodecimam eiusdem domini Seripandi definitio- nem, sub poena privationis officii, ut quaecumque litterae a Rev<sup>mo</sup> Patre gene-

15. Es decir, el Misal romano publicado «ex decreto Concilii Tridentini» por san Pío V con la bula «Quo primum», del 14 de julio de 1570.

16. «ere» escribió claramente el secretario del General; pero no es difícil el sentido, con un «ipse» o «de iure» u otra palabra.

17. Véase dicha definición en *Archivo Agustiniano* 65 (1981) 13.

rali ad provincialem aut ad quemcumque priorem localem delatae fuerint, conventui legantur: quibus omnes eam quam debent oboedientiam ac reverentiam exhibeant. Quod si forte contigerit ut litteris illis aliquid continetur quod sit reformationi contrarium idque quorundam importunis precibus concessum, volumus ut illae litterae non mandetur exsecutioni, donec super ea re Rev<sup>mus</sup> pater a provinciali et definitoribus per litteras fuerit consultus et diligenter informatus <sup>18</sup>.

Confirmamus item definitionem decimam sextam, ut si quis instanter et cum rationabili causa —a venerabili provinciali et a gravioribus patribus conventus examinanda— facultatem petierit adeundi Rev<sup>mum</sup> Generalem, ei minime denegetur; quod si negaverit provincialis careat voce per quinquennium.

Moderamur definitionem decimam quartam huius provinciae, quod attinet ad confessores, ac decernimus ut non reiciant eleemosynas quae ipsis —vel pro se vel pro conventu— a paenitentibus offeruntur; sed acceptas eas curent in capsula quae est in ecclesia ab ipsis confitentibus reponendas. Quae vero hoc nomine offeruntur, ut aut pauperibus erogentur aut aliis restituantur, statim priori tradantur et per utrumque fiat eleemosynae largitio aut restitutio.

Decernimus ut prior localis cedens officio habeat vocem activam in priori locali deligendo, cui electioni etiam praesit; non tamen possit suffragari in electione discreti. Et si aliquis *[fol. 49]* morbo gravatus in lectulo decumbat vel impedimento aliquo prohibeat venire ad locum ubi fiat electio, scriba cum discreto et duobus scriptoribus accedat ad eum et votum eius exquirat: quod coniciat in vas alterum huic muneri destinatum.

Et ne fraus aliqua in electionibus contingat, statuimus ut visitatores in singulis conventibus investigent, sitne ibi aliquis qui non possit sufragari; quod si aliquis inventus fuerit eiusmodi, publice denuntient illum voce activa aut passiva carere.

Nolumus ut discreti in comitiis provincialibus nomine conventuum a quibus mittuntur alia proponant, quam ea quae sibi fuerint a patribus demandata. Qui, si secus fecerint, per decennium voce passiva priventur ac tamquam parum fideles habeantur.

Quamquam legibus sit constitutum ut nullus ad aliquam dignitatem et curam animarum assumatur, nisi aetate, moribus et probitate sit conspicuus, non tamen necessarium esse duximus ut ad provincialatum assumendus quadragessimum annum attingat.

Confirmamus definitionem septimam editam in capitulo Santarenensi <sup>19</sup>, ut provincialis, officio et munere suo defunctus, intersit definitorio rationem redditurus earum rerum de quibus fuerit interrogatus et patres instructurus. In definitorem vero eo anno minime eligatur. Volumus itidem ut visitatores

18. *Ibidem*, p. 14. Había pasado a la provincia portuguesa la prevención de los observantes de Castilla contra las exenciones que algunos de sus religiosos alcanzaban del General, que debía ser «mejor informado».

19. No se conservan las actas ni se sabe el año de dicho capítulo.

eidem definitorio intersint propter eandem causam et quod in definitores minime elegantur. Quod si quis querelam habuerit adversus provincialem, eam ad visitatores referet et ab eis negotium tractabitur.

Decretum est etiam a patribus ut provincialis, munere suo *[fol. 50]* defunctus, non elegatur in provincialem inde ad annos quattuor: id quod etiam in prioribus fieri volumus, ut si postquam in variis domibus per duo aut tria biennia prioratum gesserint, tandem per tempus cessent ab officio, ut ipsi discent atque experiantur subiectionem et humilitatem.

Tertiam et quartam definitionem capituli Santarenensis uti asseritur confirmamus.

Quinta definitio eiusdem capituli, de iis qui ad Ordinem accedunt, moderanda est in hunc modum: Ut si habitum suscepturis, inter alia Religionis onera et opera ardua, illud quoque proponatur, eos aliquando ad Indos mittendos et parentes, patriam et consanguineos relicturos<sup>20</sup>.

Sexta quoque definitio, de iuramento exhibendo discreto, scribae et scrutatoribus circa discussionem et collationem calculorum et circa secretum tegendum, penitus approbatur et confirmatur.

Quantum attinet ad decimam definitionem, similiter approbamus et confirmamus quod in novis Constitutionibus<sup>21</sup> definitum est, ut si provinciali socius et comes a definitoribus assignetur, qui sit vir probus et matus utque in omnibus adiumento sit ipsi provinciali, praeterquam in examinatione ipsorum fratrum; quem tamen provincialis poterit ad examen admittere, nisi visitatus et examinatus illum recusaverit. Provincialis vero teneatur priorem visitationem ad congregationem deferre, posteriorem ad capitulum proxime futurum.

Statuimus ut in maioribus dominus in quibus est numerus fratrum, sacrista, procurator ac depositarii elegantur a conventu; in minoribus vero non item, sed illorum electio ad definitorium spectet. Sic autem fiat electio: Ut ex iis qui sunt de familia ipsius domus, prior duos vel tres viros probos ac industrios proponat conventui et ex *[fol. 50v]* illis per vota secreta conventus eligat unum. Illis autem conventibus de sacrista et procuratore ac depositariis providebit definitorium, quibus de priore providere consuevit.

Et ne quis audeat in discrimen adducere quaecumque spectant ad bonum publicum, volumus ut quicumque habent vocem in capitulis domorum teneantur ferre sufragium, nec ullo pacto praesumant secus attentare. Quod si quis hoc facere attentarit, a priore loci compellatur, nisi forte quis esset cuius consilium ad aliquid grave statuendum non multum referret.

Inter alia Ordinis negotia decretum est, ut quea ad saeculares attinent per

20. Es el primer texto relativo a la promesa de ir a las misiones de Asia, promesa que no consta que hicieran los que iban de España a las misiones de Méjico y América del Sur.

21. Las publicadas en Roma el año 1551, pues la edición siguiente, del 1581, comenzó a prepararla el mismo Tadeo de Perusa en 1575. *Analecta Aug.* 2 (1907) 87-94; *ibidem*, 23 (1953) 63, nota 57.

vota secreta tractentur; similiter et de novitiis, cum ad Ordinem recipiendi proponuntur.

Cum autem viva voce contingit suffragia ferre et suam mentem explicare, decrevimus ut qui sunt priores loco et dignitate sint etiam priores in ferendo suffragia.

Communi patrum consensu decretum est, ut nulli qui ex genere Hebraeorum aut Maurorum originem ducunt et pro christianis novis habentur ad Ordinem recipientur; fiatque iuxta consuetudinem nostram diligentissimum examen ante ingressum, veniant ab eo genere necne. Quod si recepti falsum testimonium attulisse deprehensi fuerint, ab Ordine eiciantur, si nondum professi fuerint; sed iam professi nec ad studium nec ad dignitates ulla admittantur. Qui vero ante hanc constitutionem admissi fuerint, possint ad dignitates admitti, dummodo parentes et consanguinei per sanctae inquisitionis Officium numquam fuerint multati. Qui vero alicui fratri hanc generis infamiam falso imposuerit, poenam subeat falsi testis in Constitutionibus taxatam<sup>22</sup>.

*[fol. 51] Itidemque nemo audeat fratrem aliquem nomenclatura aliqua indecenti nominare; alioquin etiam iuxta Ordinis statuta puniatur. In puniendis namque delictis volumus ut ubique Ordinis statuta serventur et non pro arbitrio praelatorum delinquentes puniantur.*

Nullus praelatus audeat casus aliquos sibi reservare, praeter eos qui consueti sunt in hac provincia reservari; et iis diebus quibus solent fratres ex Ordinis instituto communicare, concedat facultatem delectis confessoribus a casibus reservatis absolvendi.

Et quoniam inter casus reservatos continetur furtum de re notabili, illud tale interpretamur quod excedit unciam argenti; et quamquam iuxta beati Patris Augustini Regulam, *qui rem collatam celaverit furti iudicio condemnetur*<sup>23</sup> proindeque sit graviter puniendus, non probamus tandem ut huiusmodi genus furti inter casus reservatos numeretur.

Neque etiam volumus ut transgressores nostrorum statutorum incurvant poenam peccati mortalis, nisi forte ex contemptu illa praeterierint; sed poena temporali delinquentes puniantur. Neque volumus ut quisquam nobis inferior possit poenam excommunicationis inferre, nisi gravissima oblata causa et cum consilio seniorum vel maioris partis conventus, ut in comitiis Mediolanensis iam diu sancitum et decretum fuit<sup>24</sup>. Quod si in aliquos poena excommunicationis ferenda est, in eos maxime ferendam esse decernimus qui secreta capituli et errata fratrum iis qui extra Ordinem sunt revelant et patefaciunt, quique favores principum exquirunt ad obtinendas in Ordine dignitates, sive pro sive pro aliis, aut cum eisdem principibus de rebus Ordinis communicant. Quos,

22. Las penas contra «el testigo falso», muchas y terribles, pueden verse en las primeras *Constitutiones*, cap. 44, ed. I. Arámburu, Valladolid, 1966, p. 145-47.

23. Migne, PL 32,1382.

24. Por el capitulo celebrado en Milán en 1564: *Analecta Aug.* 9 (1922) p. 428, n.º 56, «ne tam facile illaqueantur animae».

ultra poenam excommunicationis maioris inflictam, volumus etiam tamquam infames perpetuo carere voce activa et passiva.

*[fol. 51v]* Cautum est a patribus ut iuvenes laici Conimbriae et in aliis conventibus nostri Ordinis non recipientur, nisi fuerint filii virorum maxime illustrium quibus Religio plurimum debet. Recepti autem a communi convenitus et consuetudine et convictu semoveantur. Neque possint recipi nisi de consensu provincialis et definitorum.

Cautum est etiam a patribus ut pro hereditatibus quae redeunt ad monasterium iure fratrum nulla fiat conventio cum saecularibus, nisi casus aliquis summae necessitatis occurrat, idque fiat de consensu provincialis et definitorum. Quod vero ad pauperes attinet, fiat eis donatio, habita et utilitatis convenitus et inopiae pauperum ratione.

Cautum quoque est ut nullus prior opus aliquod magni sumptus aggrediatur, nisi habeat pecunias aut certa spes sit quod sit propediem habiturus; idque non fiat nisi de consilio patrum deputatorum, per quos solos —simil cum priore— volumus omnia negotia conventus transigi, unica novitiorum excepta, quae simul cum toto conventu tractabitur.

Eiusmodi autem deputatos decernimus esse, praeter priorem et officiales et sacrae theologiae magistros, duos aut quattuor viros graves et expertos, qui per definitorum in singulis conventibus designabuntur.

Confirmatur definitio qua decretum est ut priores conventuum in omnibus communitatem sequantur.

Etsi non admodum probemus fratres frequenter hac illac discurrere, non annuimus tamen ut in eodem conventu permaneant aut semper aut diutissime.<sup>25</sup> Excipimus tamen senes et aegrotos et qui nondum sunt sacris iniciati, et qui-cumque vel praedicando vel legendo vel quovis *[fol. 52]* alio munere obeundo sunt Ordini magnae utilitati et ornamento.

Volumus tamen, iuxta tenorem nostrarum Constitutionum, ut venerabilis provincialis frequenter per loca provinciae discurrat<sup>26</sup>; proindeque nullum sibi proprium locum in quo resideat deligit.

Cautum est ne plures consanguinei quam duo in eodem conventu com morentur.

Visum etiam est patribus ut duo dumtaxat sint in hac provincia visitatores<sup>26</sup>, qui domos omnes provinciae tempore praestituto visitent; quibus praecipimus sub poena privationis vocis activae et passivae per decennium, ut diligenter de fratrum moribus inquirant et delinquentes corrigant et puniant.

Definitores non possint esse priores in illis conventibus quorum electio ad

25. *Constitutiones*, cap. 33: era deber del provincial «loca suae provinciae omnia, saltem semel in anno, personaliter visitare et ultra etiam, quoties sibi opus esse videbitur». Ed. cit., Valladolid 1966, n.º 281.

26. Dos eran por ley en todas las provincias. *Constitutiones*, cap. 32, ed. cit. n.º 271; pero, según parece, había pasado también a Portugal la costumbre de la provincia de España, que por su grande extensión estaba dividida en tres visitas: la salmantina, la toledana y la hispalense.

eos pertinet; et quicumque alicuius loci —sive magni sive parvi— curam absque rationabili causa reicerit, in priorem provincialem eligi non possit.

Praeceptum est omnibus et singulis prioribus ut suis fratribus de omnibus necessariis provideant iuxta eorum qualitatem, et praesertim praedicatoribus et iis *qui laborant in verbo et doctrina*<sup>27</sup>. Indumenta vero et calceamente nolumus eis alia praeberi, nisi quae in Constitutionibus novis sunt praescripta, quae a vobis volumus ut pleraque omnia inviolabiliter observari. Cupimus autem ut vestes attingant solum terram, non verrant.

Statuimus ut omnes novitii in conventu Ulisiponensi recipantur et instuantur, quibus magister morum et grammaticae sollicite provideatur; hereditates vero illorum per patres capituli pauperibus domibus distribuantur.

Ut decretis et sanctionibus Pontificum satisfiat, decernimus ut in convenientibus nostri Ordinis in quibus id commode *[fol. 52v]* fieri possit, catechismus et casus conscientiae legantur.

De promotis et promovendis ad studium et ad gradum servetur constitutio provinciae, quam alias nos confirmavimus.

Volumus ut constitutio qua praecipitur ut in diebus Mercurii fratres nostri a carnibus abstineant omnino servetur.

Decretum est ut definitores in comitiis provincialibus deligant unum aut duos qui ad comitia generalia proficiscantur; nos<sup>28</sup> autem curabimus, quemadmodum fuimus a patribus rogati, ut nullus alias ad nos veniat, nisi qui fuerit a patribus delectus aut a nobis specialiter per litteras vocatus.

Monuimus in praesenti synodo ac patres rogavimus omnes ac singulos, ut pro sanctae matris Ecclesiae defensione, pro Rege et Regina illustrissimis et pro benefactoribus nostris omnibus preces Domino Deo adhiberent.

Postremo, quaecumque definitiones, sive a nobis sive a praedecessoribus nostris sive a comitiis provincialibus editae, quae in his decretis minime revocatae aut moderatae fuerunt, volumus ut in suo robore permaneant. Ceteras vero facultates, vel a nobis vel a praedecessoribus nostris concessas, quae sunt huic nostrae reformationi contrariae, omnino revocamus et nullius vigoris posthac esse volumus.

Bene in Domino valete.- Datum Vlisiponae, die<sup>29</sup> etc.- Dd 34, f. 48-52v.

---

27. 1Tim 5,17.

28. Desde aquí hasta el fin de los estatutos habla el General solo.

29. El secretario no escribió aquí el día, que había puesto al principio, hoy perdido; pero ya se ha dicho que debió de ser hacia el 20 de junio.

Ulisiponae, die 1 iulii 1573:

Ordinavimus quod ad exsolvendas et celebrandas Missas, ad quas ex multis eleemosynis acceptis tenebatur frater Antonius Matris Dei, libri quos ille habet —paucis quibusdam exceptis— traderentur conventui de Ronces<sup>30</sup> et fratres qui sunt Coimbrae celebrarent Missas quas ille debeat; praecipientes interim et ordinantes ne quis deinceps, inconsulto priore loci aut sacrista, Missas aliquas celebrandas acciperet.- Dd 34, f. 53.

Eodem die post Vespertas visitavimus fere omnes cellulas fratrum conventus et nihil invenimus dignum correctione aut punitione.- Dd 34, 53v.

Die 3. Cum iam discessum pararemus ex urbe Ulisiponensi, prius adeundum esse uidicavimus ad serenissimam Reginam et alias illustrissimas dominas huius regni; proinde, sumpto prandio, visitavimus ipsam et serenissimam dominam Infantem et illustrissimam dominan Helenam de Lencastro et dominum Alfonsum, a quibus omnibus gratiore et benigne admodum excepti fuiimus et multis beneficiis ac muneribus donati, propter quae perpetuo illis debemus et numquam eorum memoria e nostris cordibus abolenda.- Dd 34, 53v.

Die 5. Hoc die, cum in crastinum essemus discessuri, scripsimus ad serenissimum Regem, qui Eborae morabatur, agentes illi gratias de beneficiis in nos et universam hanc provinciam collatis, et eundem precantes ut eandem —cum toto Ordine— commendatam habeat, quemadmodum sui progenitores et ipse quoque in praesens tempus habere visus est.

Scripsimus item Cardinali Infant, sub eodem fere exemplo et certiore ipsum reddentes de his quae in visitatione istius provinciae peregimus.- Dd 34, 54v.

Die 7 [*a Santarém*] pervenimus Santhebenam, quae vulgo dicitur Sancta Arena, ad conventum fratrum nostrorum.

Die 8. Totum hunc diem consumpsimus in visitatione coventus et fratrum.

Die 9, cum multa reperissemus ex visitatione corrigenda, tum quoad mores tum quoad administrationem ipsius conventus, acrem sermonem ad eos habuimus et graviter reprehendimus eos qui erant reprehendendi; et quosdam etiam puniri iussimus et aliquos inde amoveri praecipimus et quedam istic statuta reliquimus inviolabiliter observanda ab iis qui illic erant mansuri. Et in primis:

Quoniam domus illa erat p[re]e caritate annonae et propter multos alios magnos sumptus ad magnam inopiam redacta, et multitudine fratrum nimis onerata, ubi tunc erant vigintiquinque fratres, de communi consensu patrum

---

30. «Aronchiense [monasterium], Dominae nostrae de Luce, in dioecesi Portalegrensi; erectum anno 1274, oppido ob devotionem ad augustinianos optante et Sebastianino rege favente et fratre Didaco de sancto Michaeli, provinciae praesule, strenue laborante». Th. de Herrera, *Alphabetum Augustinianum*, I, 85, Madrid 1644.

reduximus familiam illius domus ad quindecim tantum fratrum, tam sacerdotes quam non sacerdotes.

Et quoniam in faciendis calculis bonorum conventus, et praesertim pecuniarum in communi aerario, deerant quinquaginta aurei et aliquid ultra, ordinavimus ut si intra mensem pecuniae istae non reperiantur, ab iis qui depositi claves tenuerunt in integrum restituantur.- Dd 34, f. 55rv.

Die 10 /a Leiria/ inde recessimus et eo die pervenimus ad oppidum Tomar... Sequenti die, valde mane, recessimus et pervenimus —occidente sole— Leiriam urbem, ubi a Rev<sup>mo</sup> illius civitatis episcopo, domino Gaspare Casalio, Ordinis nostri professo, viro quidem doctissimo et sanctissimo <sup>31</sup>, summo cum desiderio exspectabamur et cum ingenti gaudio et applausu fui- mus recepti et in illius domo hospitati; apud quem etiam mansimus die se- quenti, tum quia erat dies dominicus, tum quia eramus omnes valde lassati at- que etiam in gratiam ipsius Episcopi, ut invicem gauderemus et frueremur.

Die 13. Discessimus ex Leiria, accepta prius venia et benedictione a Rev<sup>mo</sup> domino Episcopo, qui omnia fere quae necessaria erant in via nobis abunde subministravit et nobis ac sociis nostris non parva liberalitatis et munificentiae signa contulit; atque ita, in spatio unius diei cum dimidio, urbem Coimbricam pervenimus.- Dd 34, 56rv.

Coimbriae, die 16 iulii 1573:

Fratrem Aegidium a Praesentatione, lectorem artium, ad baccalariatum promovimus <sup>32</sup>.- Dd 34, f. 57.

Venerabili magistro Francisco a Christo, doctori insigni et viro probo et gravi, concessimus ut dimidia pars redditum suaे cathedrae quam in ea uni- versitate moderatur in suum commodum expendatur; et ut, expletis laboribus, cum quiescere voluerit, possit eligere quamcumque voluerit in ista provincia domum, unde non possit amoveri ab aliquo nobis inferiore, et socium nostri Ordinis apud se retinere, a priore tamen loci sibi consignandum, qui ei inser- viat, utque a casibus nobis reservatis absolvere possit et absolvi. In huius pa- tris obsequium litteras dedimus serenissimo Regi illius regni, ut commenda- tum eum haberet et primariam cathedram, quae iure ei obveniebat, concedere dignaretur.- Dd 34, 57v-58.

Coimbriae eodem die. Revocavimus facultatem concessam priori conven-

31. Que fuera docto lo prueban sus obras impresas; que fuera un obispo celoso y de ex- traordinaria virtud lo evidencia su actividad pastoral desde el año 1551 hasta el 1584: primero en la isla de Madeira, de 1557 a 1579 en Leiria y los últimos cinco años de su vida en Coimbra. G. de Santiago Vela, *Ensayo de una Biblioteca iberoamericana de la Orden de san Agustín*, I, Madrid 1913, 630-637; fuentes y bibliografía posterior en *Analecta Aug.* 21 (1949) 95-99; *Lexikon für Theologie und Kirche*, II, 961.

32. Fue uno de los mejores teólogos que tuvo la provincia de Portugal, así como el Francisco que sigue a continuación en el texto. Véase acerca de éste G. de Santiago Vela, *Ensayo cit.* II, 167-70; acerca del primero *ibidem*, IV, 397-402; estudios modernos acerca de uno y otro en la revista *Augustiniana* de 1976 y 1981, índice de nombres: *François y Gilles*.

tus Coimbricensis mittendi fratres ad domos suorum parentum tempore aestivo, et praesertim facultatem datam fratri Adriano de Iesu, cum de eius vita et moribus fuerimus melius instructi.

Ibidem eodem die. Rev<sup>mo</sup> domino Episcopo Leiriensi litteras dedimus, quibus ei gratias egimus de beneficiis regiis in nos collatis, et eidem commendavimus nos et universum Ordinem. Et dedimus ei facultatem ut posset apud se retinere fratres quos vellet.

Hic et alibi, ubicumque fuimus in isto regno, multas litteras confraternitatis dedimus et multos utrisque sexus et condicionis in nostros confratres ascivimus <sup>33</sup>.- Dd 34, 58rv.

## 18

Coimbra, 16 julio 1573

Frater Thaddaeus Perusinus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Prior Generalis indignus. Venerabiles et nobis in Christo dilecti salutem.

Quam indecens, quam vanum sit novas in dies rogare leges, quas latas nemo observare procuret, aut cogitet, neminem vestrum latere existimamus. Idcirco cum superioribus diebus multa istic a nobis in celebri patrum conventu sancita sint, quae ad regularis vitae disciplinam retinendam maxime facere videntur, hortamur in Domino et monemus unumquemque vestrum, ut ea omnia libenter simul ac diligenter servare studeat, quo videlicet domus ista, reliquis huius nostrae provinciae dominus longe nobilior, aliis exemplo sit, ad cuius normam ceterae regantur ac gubernentur.

Praeter haec autem omnibus vobis inculcamus ne antiqua eademque optima instituta vestar, quae a vobis *diu magna cum observantia ad rigorem usque custodita sunt*, nulla umquam ratione praetermitti, aut quovis modo remitti patiamini: silentium scilicet statutis horis et locis, disciplinae usum, humilem culparum accusationem in pleno capitulo coram patribus, sanctae contemplationis exercitium iuxta veterem et commendabilem provinciae ipsius consuetudinem, in divinis officiis persolvendis frequentiam, assiduitatem, pietatem, modestiam et moderationem, ut videlicet et psallendi cantandique modus in vobis atque in aliis audientibus devotionem aggerneret et augeat, non taedium pariat aut derisionem. Venerabilis vero prior providere non desit, ut ab aliquo istorum patrum, erudito viro, legantur casus conscientiae reliquis fratribus non ita peritis, ad vitandum otium, vitiorum omnium doctorem, tum ad discedendum ea, quae ad instructionem et salutem animarum conducunt. Provideatur similiter novitiis et professis de idoneo praceptor, qui eis Cathecum Romanum legat et explicet, quique eosdem in grammaticalibus disciplinis instruat diligenter.

---

33. El hecho prueba el buen nombre de que gozaba la Orden en Portugal.

Quod autem ad utilitatem et commodum fratrum attinet, infirmis atque hospitibus locus aptus et commodus deputetur, rebus omnibus necessariis refertus, sicut iam magna ex parte provisum esse cognovimus.

Porro ad conservandas augendasque facultates et proventus istius domus instituatur aliquis, quemadmodum iam quoque factum vidimus, qui praeter procuratorem conventus hereditatum ad hanc ipsam domum spectantium curam gerat. Et ne procurator ipse a suo munere diligenter obeundo impediatur, assignetur ei socius hebdomadatim et per vices ad arbitrium venerabilis prioris. Cum istic sit etiam procurator provinciae, ne in pertractandis negotiis confusio aliqua oriatur, nemo alterius negotio se immiscere audeat, nisi fortassis aliquid alterutrum a venerabili priore fuerit demandatum.

Et quum aliquando animi gratia ad huiusc domus praedia exire consuevistis, nolumus huiuscmodi recreaciones et solacia vobis auferre, sed cum omni modestia et honestate his frui permittimus; ita tamen ut ad ea praecipue loca secedatis, ubi minor populorum concursus minorque frequentia habeatur, et tam in eundo quam redeundo et etiam ibidem manendo *nihil fiat quod cuiquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem*<sup>34</sup>. Et non huius rei tantum, relaxandi scilicet animi gratia, verum etiam aliorum negotiorum causa frates quam raro fieri possit extra monasterium mittantur.

Caveant autem quantum ipsi suam ipsos salutem et omnem Ordinis disciplinam existimant, ne ullam familiaritatem aut consuetudinem contrahant cum viris ac mulieribus, quae apud omnes ferme male audiunt. Caveant etiam ne sub pietatis et religionis specie decipientur.

Denique monemus vos et *per misericordiae viscera Domini et Dei nostri*<sup>35</sup> rogamus, ut veram et sanctam paternae regulae observantiam, morum ac vitae reformationem, quam profitemini, firmiter et indefesse exerceatis et conservetis, nec ulla prorsus ex parte relaxetur, ne hic noster ad vos accessus nostraque visitatio praeter nostram indulgentiam ac benignitatem magis obfuisse quam profuisse iudicetur. Sed agite ut quam praesentes bonam de vobis opinionem concepimus, absentes etiam retinere et commendare possimus.

Haec sunt quae vobis in recessu nostro et in ultima illa cena, quam vobis cum fecimus, significare volebamus. Sed obsequii et obedientiae et gratitudinis erga nos vestrae memores, pro paterno illo, quo vos amore prosequimur, prae nimia animi teneritate, interclusis in corde spiritibus, ea ipsa effari nequaquam potuimus. Bene in Domino valete.

Datum Conimbricae, die decima sexta iulii millesimo quingentesimo septuagesimo tertio.

Nostri officii solito sub sigillo.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabilibus et nobis in Christo patribus ac fratribus conven-

34. Regla de san Agustín: Migne, PL 32, 1380.

35. Cf. Lc 1,78.

tus nostri Ulisiponensis Ordinis Erem. S. Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratiis.- Aperiantur et legantur coram toto conventu.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 19

Santiago de Compostela, 25 julio 1573

Venerabilis Pater, salutem. Expositum nobis fuit esse iuvenem quemdam, filium Decani Braccarensis, qui summopere desiderat nostri Ordinis habitum suscipiere. Nos, cupientes et filio et patri rem gratam facere, sed interim Ordini magis prodesse et eius commodo et honori consulere, hortamur te ut diligenter inquiras an dictus adolescens idoneus sit et aptus ad Ordinem et Ordinis habitum suscipiendum et retinendum. Quem, si idoneum iudicaveris et repereris, tibi maxime commendamus ut in Religione accipias. Eritque nobis gratum, si idoneus fuerit repertus, ut ita qui eum nobis commendarunt, intelligent nos quae possumus, liberter perficere et nulli honesta ac iusta denegare. Bene in Domino vale.

Ex civitate Compostellana, Divi Iacobi, die ipsi Apostolo sacra, 1573.  
Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Augustinianos.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 20

Santiago de Compostela, 25 julio 1573

Venerabilis Pater et nobis in Christo plurimum dilecte, salutem. Quum fr. Antonius noster de Gratia amisit schedulam quam ei dedisti super negotio quod a nobis petieras, idcirco cum rei non essem satis gnarus, nihil egi, poteris tamen Salmanticam, ubi aliquot dies immorabor, aut Madritum scribere, et nihil praetermitteremus ex his quae a nobis quaesieris. Nihil enim est quod in gratiam tui non simus facturi, quoniam certo scimus te nihil nisi honesta petiturum. Quod attinet ad moderationem decretorum circa promovendos ad studia post annum professionis, et de his qui absque licentia discedunt a Provincia, atque etiam de Patribus consanguineis in eodem conventu commorantibus, decrevimus et ita melius fore iudicavimus ut in Capitulo Provinciali moderationes istae per litteras nostras declararentur, ubi erunt iuncti omnes priores et discreti et graviore Patres Provinciae. Nunc vero per litteras privatas dispensabimus cum iis qui manent Coimbrae causa studiorum, ut nullo pacto amoveantur.

Cum fuimus Braccarae, D. Didacus de Payva, apud quem hospitati sumus<sup>36</sup>, commendavit nobis filium Decani Braccarensis, qui magnopere cupit ingredi Religionem nostram. Propterea eundem etiam tibi commendamus, ut si idoneus tibi et patribus videatur, admittas. Quod attinet ad nepotem D. Didaci de Castro, qui etiam, ut nosti, vult ingredi Religionem nostram et admitti ad castra militiae nostrae, nos propter multa beneficia in domum istam ab eo collata non possumus obsistere neque ullo pacto ei denegare, sed pro dignitate nostra et totius congregationis, opportunum iudicamus ut res ista per aliquot menses differatur, et postmodum non deerimus hac in re omnem favorem et operam prebere. Haec ... bene in Domino vale et nostri sis memor.

Ex Compostella, die Sancti Iacobi 1573.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

Priori Ulissiponensi.

Verte paginam.

Ceterum, pro illa singulari benevolentia, qua te tamquam filium et fratrem prosequimur, non possumus efficere quin te admoneamus de iis rebus, quae ad honorem tuum et utilitatem istius domus maxime conducunt. Hoc autem est, ut sis in omnibus actionibus tuis pervigil et diligens, et pro onere quod habes nullis parcas laboribus nec die nec nocte, et studeas ut divinus cultus diligenter exerceatur, silentium debitum locis et temporibus servetur, et non permittas ut secreta colloquia fiant in cubiculis et cellis fratrum, praesertim in nocte, quum hoc non possit parere nisi scandalum et suspicione mali.

In rebus postea temporalibus et quae sunt ad utilitatem domus, cura ut provisiones fiant earum rerum quae sunt necessariae in tempore opportuno, ut est triticum et oleum, et quae sunt necessaria pro indumentis fratrum. Fac ut infirmorum summa cura habeatur, et in hoc nulla sit apud te personarum acceptio, ut *alius quidem esuriat, aliis vero ebrius sit*<sup>37</sup>.

Et tandem fac ut nullus iure possit tibi detrahere et incuriae ac negligentiae circa regimen tibi commissum arguere. Zelus istius domus et honoris tui, qui mihi sunt maxime cordi, cogunt ut haec ad te scribam. Et super omnia et ante omnia, fac ut cum omnibus pacem et concordiam serves et *Deus pacis erit tecum*<sup>38</sup>. Iterum bene vale et nos commenda omnibus amicis etc.

Idem qui supra Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Augustinianos.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

36. Y al que ya conocía, pues ambos habían actuado como teólogos en el Concilio de Trento durante los años 1562-1563. Acerca del portugués, conocido con sus dos apellidos Andrade y de Paiva, *Lexikon für Theologie und Kirche*, I, 510. Era hermano de nuestro Tomé de Jesús.

37. Cf. 1Cor 11,21.

38. Cf. 2Cor 13,11.

## 21

Salamanca, 9 agosto 1573

Litteras publicas dedimus ad universam provinciam Lusitanam, monentes omnes ut consueta Ordinis ieunia servarent; neque iis diebus quisquam, nisi graviter aegrotans, praesumat edere carnes, licet in locis ubi non sunt pisces et mala aëris temperies, ut Coimbriae, dispensaverimus, ut a festo Omnium sanctorum usque ad dominicam priman Adventus possint uti ovis et lacticiiis. Praecepimus etiam, et sub poena excommunicationis et aliis poenis corporalibus, ne quis audeat eleemosynas pro Missis accipere absque licentia prioris et sacristae. Et quod in locis publicis conventus ac per civitatem nullo genere palliorum uterentur, nisi quae in domibus bene reformatis gestari consueverunt.-Dd 34, 62rv.

## 22

Medina del Campo, 5 septiembre 1573

Venerabilis Pater noster, salutem. Quamquam ego existimem te meas litteras acceperisse, quas ex Compostella et postmodum ex Salmantica ad te et ad universam provinciam misi, cum tamen magna mihi modo sese offerat commoditas, ut rursus ad te scribam, has brevissimas litteras ad te scribere volui significans primum me cum omnibus sociis et commitibus meis bene valere, per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Deinde ut scias me ad te scripsisse, quatenus per mensem septembris nos erimus partim Madriti in curia Regis, aut Toleti, ubi congregationem huius provinciae Hispaniae sumus facturi. Propterea, si quid missurus es, ad venerabilem priorem conventus nostri Madritii, sub titulo Sancti Philippi, mittere poteris. Et denique commendo tibi et fratri Thomae curam illarum rerum, quae nobiles isti et principes nobis dederunt. Non enim dubito, ut pro tua in me benevolentia atque observantia, sis omnia diligenter facturus et executioni mandaturus. Denique commendo tibi curam istius amplissimae domus, et rogo ut ipsius honori et amplificationi quam maxime studeas et invigiles, et nostri memoriam habeas.

Ex Medina, die 5 septembbris 1573.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 23

Madrid, 13 septiembre 1573

Venerabilis Pater, salutem. Miramur quod cum praeterierint iam duos menses cum dimidio quod a vobis recessimus, ut nec Salmanticae nec Madritii, ubi nunc sumus, vestras litteras invenirimus; neque etiam schedulas illarum pecuniatum quas in manibus vestris reliquimus. Fac igitur ut quam primum ad nos scribas et schedulas denariorum ad priorem Madritii mittas, ut ipse illas pecunias a bancariis vel mercatoribus recipiat, nisi forte commodius vobis fuerit eas Romam mittere, ubi nos libentius eas reciperemus. Bene in Domino vale.

Ex Madritio, die 13 septembbris 1573

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

## 24

Madrid, 13 septiembre 1573

Venerabilis Pater, salutem. Miramur quod cum praeterierint iam duos menses cum dimidio quod a vobis recessimus, ut nec Salmanticae nec Madritii, ubi nunc sumus, vestras litteras invenirimus; neque etiam schedulas illarum pecuniatum quas in manibus vestris reliquimus. Fac igitur ut quam primum ad nos scribas et schedulas denariorum ad priorem Madritii mittas, ut ipse illas pecunias a bancariis vel mercatoribus recipiat, nisi forte commodius vobis fuerit eas Romam mittere, ubi nos libentius eas reciperemus. Bene in Domino vale.

Ex Madritio, die 13 septembbris 1573

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

---

39. Pero los agustinos portugueses ayudaron poco a nuestras monjas, pues el bien informado Herrera sólo conoce tres conventos suyos: éste de Lisboa, fundado con el título de Santa Mónica en 1573; el de Santa Cruz de Vila Viçosa, del 1527, y el de Evora que comenzó su historia en 1380. *Alphabetum*, I, 220 y II, 561-62. Trata del primero el texto siguiente.

(*A tergo*): Venerabilibus et nobis in Christo dilectis priori ac patribus deputatis conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

25

Madrid, 17 septiembre 1573

Reverendo Padre.

Ya sabe Vuestra Reverencia lo que ha pedido la señora Leonor Mascareñas de que se le dé la iglesia de Nuestra Señora del Monte para monasterio de monjas, y sin que se quite el pie del altar, sino que sea dese convento. Y porque las tierras de alrededor son de ese convento yavrán menester algún pedazo para edificar el convento y para huerta, recibiré contento se le dé lo nezessario, con que se bea lo que vale y se pague al convento en rentas o en dineros, como más Vuestra Reverencia y el convento quisieren.

Nuestro Señor guarde a Vuestra Reverencia.

De Madrid, diez y siete de septiembre de 1573.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

26

Toledo, 28 septiembre 1573

Fratri Petro de Villavizosa Lusitano respondimus, nos probare quod in illa provincia, ob penuriam fratrum et eorum praesertim qui sint idonei ad regendum, quod provincialis, functus officio, possit eligi et deputari in priorem alicuius domus.- Dd 34, 77.

Toledo, 28 septiembre 1573

Priori Ulisiponensi scripsimus, nos recipisse suas litteras et correxisse quod decretum erat de collegio Coimbricensi, ut scilicet fratres non facile permetterentur in aestate a conventu abire.- Dd 34, 77rv.

Toledo, 28 septiembre 1573

Venerable y charísimo Padre. No sabría encarescer a Vuestra Reverencia la pena que me dieron las nuevas de la muerte del señor don Hierónimo, a quien demás de su nobleza y virtud y amor que me tenía, amava yo por ser hermano de Vuestra Reverencia tiernamente, porque cierto ninguno en España de toda nuestra Religión me deve en esto más y quizá ni tanto. Guárdese Vuestra Reverencia para sí esta verdad y experiméntela en lo que ofresciéndosele yo pudiere, que siempre la hallará qual aquí se la significo. El hespañol de Vuestra Reverencia me es muy grato y me lo será siempre que en él o en esta lengua me escriviere, porque basta ser carta suya para sello. Los escudos que quedaron a cargo de Vuestra Reverencia, para le dezir verdad, yo holgara infinito oviera orden como Vuestra Reverencia me los imbiara a Roma, donde me dieran más utilidad y menos embarazo, y antes le pido y ruego, si fuere posible, lo haga, que me será gratissimo. Pero no aviendo aparejo para esto, Vuestra Reverencia los imbie al Padre Frai Diego de Salamanca, prior de Madrid, para que él desde allí los encamine. Y porque yo estoy cierto que en todo lo que alla dexé mandado avrá la obediencia que corresponda al amor que yo de padre les tengo, no digo cerca desto más que el estatuto de Coimbra cerca de los collegiales yo le quise antes que me viniessen. Y con tanto nuestro Señor le guarde, como desea.

De Toledo, 28 de septiembre 1573.

V.B. Mi encomienda al señor don Alvaro, suo ermano.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

Toledo, 4 octubre 1573

Respondimus etiam litteris Portugalliae provinciae et confirmavimus capitula et statuta collegii Coimbricensis, moderantes nonnulla quae moderanda nobis videbantur. Et multos viros ac mulieres ascivimus in confratres et sorores nostri Ordinis.- Dd 34, f. 79.

Toledo, 4 octubre 1573

Fratri Thomae de Iesu Lusitano scripsimus, nos bene consideraturos et

moderaturos, ubi oportet, statuta collegii nostri Coimbricensis. Et gratias quasdam ei concessimus quas a nobis petiit.- Dd 34, 79v.

Toledo, 4 octubre 1573

Provinciali Lusitaniae rursum scripsimus, quod in causa prioris Turris veteris nihil ultra requirat aut expostulet, cum iam obvierit ille super cuius dictis omnes testes contra eum adducti nitebantur.- Dd 34, 79v.

Castillo de Garcimuñoz, 15 octubre 1573

Fratri Thomae de Iesu Ulisiponensi<sup>40</sup> scripsimus, ut nobis per litteras significaret quot capsas dedit mercatori, nobis navigio deferendas; et mitteret schedulam rerum quae ibi repositae fuerunt; et de pecuniis etiam in eius manus et prioris relictis curam haberet, ut vel Romam, ad manus nostras, vel Madritum, ad manus prioris transmitterentur.- Dd 34, f. 83.

29

Garcimuñoz, 15 octubre 1573

Venerabilis Pater et nobis in Christo dilecte, salutem. Nihil est quod nunc nos moveat, ut tibi scribamus, nisi ut quantum possumus et pro officii nostri auctoritate et pro singulari benevolentia et reverentia, qua a vobis amari existimamus, tibi commendamus dominum Castellinum Pinellum, Genuensem, virum ornatissimis et suavissimis moribus exornatum, et nostri amantissimum, a quo et Romae et hic in Hispania multa beneficia recepimus. Erit nobis gratissimum si illum omnibus modis, quibus poteris, in suis negotiis iuvabis et si per aliquot dies velit in nostro conventu morari, gratissimum quoque erit si absque aliquo fratribus istic degentium incommodo hospitari curabis. Quod attinet ad illud statutum collegii Conimbricensis, ut studentes in aestate ab ipso conventu discedant, iam scripsimus magistro Francisco a Christo, quid in ea re sentiamus et fieri velimus. Aliud nunc nobis ad te scribendum non occurrat, nisi ut cum sese occasio obtulerit, memineris eas pecunias vel ad nos Romam mittere, vel Madritum in manus venerabilis prioris, ut alias scripsimus. Bene in Domino vale et nos omnibus comenda.

Ex Castro Garzimuñoz, die 15 octobris 1573.

Fr. Thaddaeus, Generalis indignus.

(*A tergo*): Venerabili et nobis in Christo dilecto priori conventus nostri

40. Este Tomás de Lisboa parece ser el Tomás Lusitano del segundo texto del 4 de octubre 1573, pues Lusitano lo llama el General el 7 de septiembre 1575, cuando trata con él del mismo asunto que ahora.

Ulisiponensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Ulisiponae, ad Sanctam Mariam de Gratia.

BRAGA, *Arquivo distrital*, papeis avulsos, «cartas», s.n.

### 30

Valencia, 1.<sup>o</sup> noviembre 1573:

Provinciali Lusitano respondimus, quod in gratiam serenissimae Reginae annuimus ut quidam scholasticus recipiatur in collegio nostro Conimbricensi, non obstantibus aliis nostris super hoc ordinationibus.- Dd 34, f. 87.

Barcelona, 8 diciembre 1573:

Provinciali Lusitano scripsimus, respondentes litteris suis super quodam iuvene, Reginae alumno, qui petebat morari in collegio nostro Coimbricensi; et super reformatione cuiusdam fratris Cypriani Coimbricensis, qui e Roma ad nos absque suis litteris venerat Valentiam; et super quodam sacello sito prope Ulisiponam, requisito ab illustrissima domina Maria de Branches, de quibus alias scripsimus et repondimus.- Dd 34, 97v.

Roma, 22 abril 1574:

Scripsimus provinciali Lusitaniae de priore Castri albi, quod ipsum amo-veret ab officio si is erat quamle nobis depinixerant.- Dd 34, f. 126.

Roma, 2 septiembre 1574:

Confirmavimus acta capituli Eborensis, una cum provinciali et definitori-bus ac visitatoribus designatis; et litteras dedimus responsales ad venerabilem magistrum Sebastianum Tuscanum, iam officio defunctum, et ad definitores ac priorem Ulisiponensem, hortantes omnes ut suo digne fungantur officio; et nonnullas definitiones iam olim a nobis editas moderavimus, alias quasdam sumus interpretati. Et gratia honoris et honestatis dedimus locum magistro Sebastiano Tuscano super omnes suos coetaneos, modo non sint aliquo publi-co munere insigniti.- Dd 36, f. 1.

Roma, 15 octubre 1574:

Provinciali Lusitano respondimus, nos iam alias litteras ad eum misisse et nunc secum dispensasse, ut pro obsequio serenissimae Reginae vetulae cito expeditat suam visitationem et mox ad conventum Ulisiponensem revertatur ibi-que maneat, nisi casus aliquis urgens emergat. Dispensavimus quoque et con-cessimus ut nepotem suum in collegio nostro Conimbricensi collocet; et fra-trem Eduardum de sancto Ioanne, velut neophytum, ad munus praedicandi non admittat.- Dd 36, f. 16.

Roma, 15 octubre 1574:

Respondimus litteris fratris Emmanuelis Lusitani, iuvenis modestissimi et elegantissimi, monentes eum ut copta studia prosequatur et commendatos habeat fratrem Bernardum Conimbricensem et fratrem Marcum Ulisiponensem, adolescentes oprimae spei et nobis valde commendatos.- Dd 36, f. 16.

Roma, 8 enero 1575:

Provinciali Lusitano scripsimus ut mittat fratres ad Indias orientales, ea tamen lege, ut, peracto ibidem quadriennio, possint, si velint, in provinciam reverti. Et quod una cum definitoribus qui modo sunt constitutus duos patres qui visitare debeant partes illas ultramarinas et distantes; nec in hoc visitationis negotio graventur illi qui visitare tenentur [domos] ipsius provinciae Portugalliae, quae prope non est, non obstante quacumque alia definitione per nos facta aut constituta, voce vel scripto.- Dd 36, f. 47.

Roma, 13 marzo 1575:

Provinciali Lusitano scripimus, respondentes litteris suis et concedentes ei ut quendam iuvenem de Monte maiori possit recipere ad nostrum Ordinem; et de duobus patribus, Sebastiano de Cruce et Ludovico de sancto Augustino, ad magisterium admissis in universitate Perusina, scripsimus mentem nostram; et alia etiam scripsimus ad illam provinciam pertinentia.- Dd 36, 67v.

Roma, 14 marzo 1575:

Respondimus litteris serenissimae reginae Portugalliae, quae nobis commendavit fratrem Christophorum Morales, commorantem Paduae.- Dd 36, f. 68.

Roma, 3 junio 1575:

Fratri Francisco de Vera sacerdoti datur facultas redeundi in patriam et provinciali Lusitaniae commendatur, ut de loco ei provideat.- Dd 36, f. 87.

Roma, 20 junio 1575:

Dedimus litteras magistro Sebastiano de Cruce Lusitano redeundi in provinciam suam; provinciali summopere commendatur, similiter prioribus locorum pro intinere conficiendo et praesertim priori Genuensi, ut illum detineat in conventu quoisque tuta erit navigatio, et postremo priori Ulisiponensi.- Dd 36, f. 90.

Eodem die gratias egimus Episcopo Leiriensi, quia Ordini nostro in ea civitate conventum erexit <sup>41</sup>; et dedimus facultatem ut in eo monasterio de capi-

---

41. *Analecta Aug. 6 (1915) 68.* - El 25 de septiembre de 1573 hizo anotar Tadeo de Perusa en

te et membris disponat, ut ei videbitur. Sic etiam provinciali pro tempore existenti commisimus.- Dd 36, f. 90.

Roma, 25 junio 1575:

Scripsimus ad serenissimum Regem Portugalliae et ad serenissimum cardinalem Infantem super provisionem monialium nostri Ordinis.- Dd 36, f. 92.

Bagnoregio, 2 julio 1575:

Magistro Sebastiano de Cruce Lusitano conceditur ut pro restituendis pecuniis pro itinere acceptis, possit ex eleemosynis Missarum et aliunde acceptis pecunias sibi elargitas apud se retinere tuta conscientia, utque possit ex his matri subvenire; et vox etiam in capitulo provincialibus conceditur.

Scripsimus magistro Sebastiano Tuscano Lusitano, nos iam consignasse libellos super Ionam venerabili definitori.

Provinciali Lusitaniae magister Sebastianus de Cruce commendatur et gratiae aguntur pro eleemosyna facta in honorem sancti Patris Augustini<sup>42</sup>.-Dd 36, f. 93.

Perusa, 29 julio 1575:

Promisimus fratri Nicolao Lusitano promovere eum ad baccalariatum, quamvis ei parum queat prodesse.- Dd 36, f. 98.

Perusa, 15 agosto 1575:

Fratri Nicolao Lusitano redundi Lusitaniam datur facultas, commendatur provinciali et, si non fuerit receptus in provincia, conceditur ut maneat in domo parentum quousque illi provideatur de loco in Ordine: attestantes illum ad sacros ordines iam fuisse promotum.- Dd 36, f. 102.

Perusa, 24 agosto 1575:

Fratri Gaspari de Regibus Lusitano datur facultas visitandi sanctum Iacobum in Compostella, limina Apostolorum et Dominam nostram de Guadalupe et Montis serrati.- Dd 36, f. 104.

Florencia, 7 septiembre 1575:

Scripsimus fratri Thomae de Iesu Lusitano, recipientes eius excusationem

---

su registro: «Scripsimus etiam serenissimo Regi Portugalliae, rogantes Maiestatem suam ut in urbe Portuensi daret aliquem locum Ordini nostro». Dd 34, f. 59; pero el convento de Oporto no llegó a fundarse hasta el año 1592. Herrera, *Alphabetum*, II, 319s.

42. Es decir, para el convento de Pavía, en favor del cual había recordado la ayuda que debían prestarle las provincias de la Orden el capítulo general de 1564, «quod in eo magni Augustini Patris ossa serventur». *Analecta Aug.* 9 (1922) 429.

pro dilatione pecuniae mittendae et commendavimus eius diligentiam.- Dd 36, f. 107.

Florencia, 12 septiembre 1575:

Fratri Emmanueli de sancta Maria dedimus licentiam petendi Lusitaniam ad parentes visendos, sex mensium spatium ei concedentes in eundo et redeundo, ita ut mox Castellam revertatur.- Dd 36, 108v.

Roma, 25 noviembre 1575:

Fratri Antonio Lusitano, olim a provincia electo, datur facultas in illam redeundi et utraque vox et locus professionis restituitur, ex speciali favore et ad preces venerabilis fratris Augustini de Iesu, definitoris provinciae, et ut gradum doctoratus, iuxta statuta provinciae et non aliter, possit accipere.- Dd 36, f. 125.

Roma, 27 noviembre 1575:

Confirmatur baccalariatus fratris Ambrosii a Regibus Lusitani in gratiam oratoris Regis Portugalliae; de quo etiam priori Parisino scripsimus, idem procuranti.- Dd 36, 125v.

Roma, 1 diciembre 1575:

Dedimus litteras ad provincialem Castellae, ut recipiat quendam iuvenem Lusitanum ad Ordinem, in conventu Salmanticensi vel in alio loco provinciae, ita ut possit litteris incumbere.- Dd 36, 126v.

Roma, 17 diciembre 1575:

Provinciali et definitoribus provinciae Lusitaniae respondimus, nos nihil novi aut absurdii effecisse, si concessimus in gratiam illustrissimae dominae Helenae de Lencastro, ut suus confessor secum ducat socium perpetuum ei a venerabili provinciali assignatum; et quod qui noluerint ire ad Indias, cum fuerint deputati, careant voce activa et passiva in perpetuum. Et frater Georgius de sancto Iacobo restituitur ad utrumque vocem.- Dd 36, f. 130.

Roma, 19 diciembre 1575:

Provinciali Lusitano scripsimus, ut nolentes ad Indias proficiisci puniat velut inobedientes et declareret eos inhabiles ad omne officium in provincia.-Dd 36, 130v.

Roma, 10 enero 1576:

Fratri Anselmo de Paradiso Lusitano datur facultas ex Indiis orientalibus

in Lusitaniam reverti, superiore illius regionis consulto, et provinciali Lusitaniae commendatur.- Dd 36, f. 137.

Roma, 5 febrero 1576:

Fratrem Christophorum de Cruce, ex studiis Italiae profectum in Lusitaniam, lectorem in sacra theologia approbatum, ad gradus, vocem et pristinas dignitates restituimus, intercedente venerabili provinciali eiusdem provinciae.-Dd 36, 144v.

Roma, 8 febrero 1576:

Fratri Gaspari de Regibus Lusitano <sup>43</sup>, confessori illustrissimi Ducis Brabantiae, conceditur utraque vox in capitolis provincialibus.- Dd 36, 144v.

Roma, 20 febrero 1576:

Dedimus licentiam fratri Simoni Lusitano faciendi professionem suam vel sub nomine Religionis vel provinciae sua. Die 21. Frater Vincentius Lusitanus, vir iam triginta annorum, petens ex Ulisipona Conimbriam transmitti gratia studiorum, admittitur, modo fuerit tamquam idoneus approbatus.- Dd 36, 148v.

Roma, 28 febrero 1576:

Gratulati sumus cum fratre Sebastiano de Cruce, quod post tot maris et terrae discrimina superata, sanus et incolumis in Lusitaniam redierit; et hortamur eum ad perseverantiam in bonis operibus et ad veram vitae sanctimoniam.

Magistro Sebastiano Tuscano, itidem Lusitano, respondimus nos approbare ut ex eremi solitudine progrediens, Ulisiponam se conferat contionandi gratia.- Dd 36, 150v.

Roma, 9 abril 1576:

Scripsimus ad provinciales Hispaniae, Aragoniae et Lusitaniae, ut confessionalia parietibus obstructa omnino demoliantur, sub poena privationis ipso facto incurrenda omnium officiorum, et sub poena etiam excommunicationis.- Dd 36, f. 159.

Roma, 11 mayo 1576:

Magistro Ludovico Lusitano, regenti Florentino, scripsimus ut officium suum prosequatur; et de graduandis non satis nos gravaret.- Dd 36, f. 167.

---

43. Distinto de otro Gaspar dos Reis, que profesó en el convento de Lisboa el 6 de mayo de 1585 y aparece entre los escritores de la Orden. G. de Santiago Vela, *Ensayo* cit. VI, 495.

<sup>1</sup>Roma, 29 mayo 1576:

Datur licentia fratri Bartholomaeo de Angelis Lusitano redeundi in provinciam suam et manendi in quacumque alia, ubi fuerit receptus.- Dd 36, f. 173.

Perusa, 4 agosto 1577:

Praeceperimus fratri Sebastianu de Cruce Lusitano ut restitui curaret defini tori Lusitaniae pecuniam illi mutuatam. Dedimus litteras pro fratre Ignatio de Spiritu Sancto, Lusitano, ut ad provinciam Portugalliae ex Indiis rediret.-Dd 38, f. 2.

Fermo, 22 septiembre 1577:

Provinciali et definitoriis provinciae Lusitaniae scripsimus, ut pro visitatore instituerent quem ipsi decreverunt; et fratrem Aegidium permetterent uti privilegiis et immunitatibus magistrorum. Et litteras dereximus ad fratrem Augustinum de Iesu, definitorem provinciae in Romana curia.

Magistro Sebastiano Tuscano respondimus et rogavimus ut prosecutur negotium pro domino Ioanne Baptista Rainero, cive Perusino.

Magistro Augustino de Trinitate <sup>44</sup> scripsimus, ne male accipiat si, eius loco, alium instituamus visitatorem provinciae.- Dd 38, f. 18.

Roma, 31 octubre 1577:

Fratri Simoni Lusitano licentia confirmatur degendi cum socio in abbatia del Parco, a visitatore nostro eidem concessa.- Dd 38, 28v.

Nápoles, 15 octubre 1578:

Fratri Emmanueli de sancta Maria Lusitano datur facultas inserviendi in spiritualibus illustrissimo domino Henrico, proregis Neapolitani filio.- Dd 38, f. 32.

Nápoles, 19 octubre 1578:

Frater Augustinus de Iesu Lusitanus Germaniae superioris vicarius generalis instituitur <sup>45</sup>.- Dd 38, f. 33. Ibid. f. 33v: Scripsimus ad Imperatorem et ad Regem Lusitaniae, et litteras misimus ad fratrem Augustinum de Iesu.

44. Promovido al magisterio por el general Cristóbal de Padua en 1568 y profesor en la Universidad de Coimbra desde el 1574, en 1580 prefirió el exilio a ser vasallo del rey Felipe II y se afilió a la provincia agustiniana de Aquitania, donde enseñó teología en las Universidades de Toulouse y Burdeos. G. de Santiago Vela, *Ensayo*, VII, 698-700.

45. A petición del emperador Rodolfo II, que habrá dejado la elección del vicario al General, y con la aprobación del papa Gregorio XIII; pero en 1576 ya se encontraba nuestro agustino en Ratisbona, donde lo conoció el cardenal-legado Giovanni Morone, que, en carta a Roma, lo

Nápoles, 21 octubre 1578:

Commendavimus Imperatori fratrem Augustinum de Iesu, vicarium nostrum destinatum in Germania.- Dd 38, 33v.

Nápoles, 21 octubre 1578:

Regi Lusitaniae nuper electo, qui prius erat cardinalis<sup>46</sup>, commendavimus fratres nostros illius provinciae,- Dd 38, f. 34.

Nápoles, 23 octubre 1578:

Provinciali Lusitaniae respondimus et gratulati sumus de officio rursus ei iniuncto; et hortati sumus eum ad bene se gerendum. Et ut obtineat crucem a novo Rege pro domino Ioanne Baptista Rainero Perusino.- Dd 38, f. 34.

Nápoles, 29 octubre 1578:

Magistro Aegidio de Praesentatione Lusitano respondimus, nos aliquando ultionem facturos de iniuriis ei illatis adversus mentem nostram.- Dd 38, f. 36.

Nápoles, 1 noviembre 1578:

Fratri Cosmo de Praesentatione Lusitano scripsimus ut quamprimum Romam se conferat, usuri opera eius.- Dd 38, f. 37. Ibid., eodem die: Fratri Augustino de Iesu Lusitano litterae suae provinciae mittuntur, ut super illis suam dicat sententiam.- Dd 38, f. 37.

Ischia, 10 diciembre 1578:

Fratri Simoni Viera Lusitano datur facultas inserviendi cuidam abbatiae in Sicilia.- Dd 38, f. 46.

Capua, 15 enero 1579:

Magistro Emmanueli Lusitano facultas datur Neapolii extra claustra per aliquot dies degendi et negotia quaedam ibi perficiendi, contionandi et confessiones audiendi de consensu Ordinis.- Dd 38, f. 56.

---

presentaba como «huomo audace et di molte lettere, et a cui l'Imperatore crede et dà grata audienza spesso». *Nuntiaturberichte aus Deutschland*, 3. Abt. II, p. 100. Cf. Vela, *Ensayo* cit. I, 656-59.

46. Es el ya citado cardenal-infante don Enrique, proclamado rey de Portugal cuando se supo en Lisboa que su rey don Sebastián había muerto en la batalla de Alcazarquivir, en agosto de 1578; pero el nuevo monarca murió en 1580, sucediéndole en el trono Felipe II de España.

Bolonia, 30 agosto 1579:

Magister Ludovicus Lusitanus in conventu Bononiensi locatur in gratiam cardinalis Paleotti, qui nos obnixe rogavit pro hac re obtinenda.- Dd 38, f. 88.

Roma, 19 octubre 1579:

Commendavimus provinciali Lusitaniae fratrem Aegidium de Praesentatione, ne circa magisterium collatum amplius molestetur.- Dd 38, 98v.

Roma, 20 octubre 1579:

Monuimus magistrum Ludovicum Lusitanum ne tempore divinorum officiorum amoveat quemquam a choro; de qua re etiam scripsimus priori Bononiensi.- Dd 38, 98v.

Roma, 9 septiembre 1580:

Rursus electio provincialis et acta capituli Lusitaniae confirmantur et provinciali electo litterae dantur.- Dd 38, 103v.

Roma, 4 noviembre 1580:

Magistro Ludovico Lusitano commisimus ut scripta fratris Cosmae defuncti ad provincialem Germaniae transmitti omnino curaret.- Dd 38, f. 115v.

Roma, 18 noviembre 1580:

Magistro Augustino de Gratia Lusitano dedimus litteras, ut curam haberet provinciae Flandriae, dum aliud fieret <sup>47</sup>.- Dd 38, f. 120.

Città Sant'Angelo (Pescara), 29 noviembre 1583:

Fratri Francisco de Iesu Lusitano concessimus facultatem audiendi cursum philosophiae in collegio Conimbricensi, non obstante quod dictus cursus fuerit inchoatus.- Dd 41, f. 36.

Tarsia, (Cosenza), 19 marzo 1584:

Ad provinciam nostram Lusitaniae litteras publicas misimus et vicarium nostrum instituimus ad adventum usque nostrum, necnon praesidentem in co-

---

47. Es esta la última noticia de los registros de Tadeo de Perusa, porque se han perdido los dos últimos de su gobierno, que duró hasta mayo de 1581. De 1582 a 1586 fue prior general Espíritu de Vicenza. En la última de estas páginas copiaremos algunos textos de los registros de estos dos superiores, que sólo se conservan en los extractos que en el año 1633 hizo Tomás de Herrera en el Archivo de la Orden.

mitiis provincialibus celebrandis creavimus. Id quod ad contemplationem Maiestatis catholicae factum est<sup>48</sup>.- Dd 41, 53v.

Roma, 12 julio 1585:

Fratri Gaspari de Concepcione concessimus mansionem ad libitum nostrum in monasterio nostro Leiriensi, fundato a Rev<sup>mo</sup> Episcopo eiusdem civitatis.- Dd 41, 123v-124.

Roma, 14 julio 1585:

Fratri Simoni de Trinitate, procuratori provinciae nostrae Lusitaniae, respondimus viginti aureos pro collecta accepisse.

Acta capituli provinciae nostrae Lusitaniae et provincialem fratrem Dionysium de Iesu confirmavimus. Et fratrem Salvatorem de Angelis et fratrem Alexium de Iesu, ob flagitia ab ipsis perpetua, ab Ordine nostro demissos et licentiatos declaravimus. Fratri Emmanueli de Velasco concessimus denuo, ut ex Indiis in provinciam nostram Lusitaniae redire queat.- Dd 41, f. 125.

### 31

#### ACTA CAPITULI PROVINCIALIS PROVINCIAE LUSITANIAE IN CONVENTU EBORENSE DIE 27 APRILIS 1586 CELEBRATI

Reverendissime Pater:

In capitulo provinciali acto in nostro conventu Eborense divae Mariae de Gratia, dominica 3.<sup>a</sup> post Pascha, vigesima septima die aprilis, anno a Christo nato M.D.LXXXVI, praefuit vice tuae Reverendissimae Paternitatis Rev<sup>dus</sup> admodum Pater frater Augustinus de Iesu, in hac provincia Portugalliae vicarius generalis. In eo vero in provincialem canonice est electus admodum Rev<sup>dus</sup> Pater frater Christophorus Corte Real, et in definitores Rev<sup>di</sup> Patres frater Emmanuel de Christo et frater Simon de Trinitate et frater Emmanuel de Concepcione et frater Bartholomaeus de sancto Augustino. Qui una cum Rev<sup>do</sup> Patre fratre Dionysio de Iesu, provinciali absoluto, et Rev<sup>dis</sup> Patribus visitatoribus fratre Andrea de Angelis et fratre Gregorio de Resurrectione, communī consensū quae sequuntur, auctoritate illis in nostris Constitutionibus commissa, decreverunt et promulgari fecerunt.

Declaramus imprimis quod non intendimus aliquid praecipere aut statue-

48. Ya conocía de vista «a la majestad católica» de Felipe II, porque en 1572-73 había acompañado como socio al general Tadeo de Perusa, que el 23 de febrero de 1573 anotaba en Madrid: «Visitavimus catholicum Regem, qui humanissime nos exceptit et nostri causa se multa facerunt promisit et benevolum satis se ostendit». Dd 34, 33v.

re contra Concilia et sacros Ecclesiae canones, nec contra nostrae Religionis Constitutiones.

In praeteritis capitulis acta vidimus et denuo approbamus et confirmamus, iis exceptis in quibus praecipitur, fratres qui dialecticae et philosophiae curriculum ingrediuntur, chyrographis propria manu subscriptis eas immunitates renuntiare, quae in nostris Constitutionibus conceduntur divini verbi contionatoribus. Praeterea, quibus officium vicariatus monialium coenobii sanctae Crucis, in oppido Villaviçosa siti, prioratu nostri conventus in eodem oppido constituti in perpetuum annexetur, quae omnino rescindi et deleri volumus, quod a Revmo Patre Generali quibusdam de causis non fuerint approbata. Delean tur praeterea quae in diebus ieunii post antiphonam Orationem serotinam haberi praecipiunt, cum id nostris Constitutionibus aliter sit dispositum et observetur. Quae dein iubent recepti panis, vini et olei et pecuniae chyrographa fidem facientia, nec a solo priore nec a solo procuratore, sed a priore simul et depositariis confici, in hunc modum emendentur:

Horum omnium, quae domui deferuntur, prior et depositarii; illorum autem, quae foris exiguntur, ille chyrographum praedictum dabit, ad quem iuxta nostras Constitutiones aut alicuius scripturae clausulam talis redditus aut debiti exactio pertinet. Quae denique praelatis ultra mare proficiscentibus in hac provincia locum post priores aliorum conventuum statuitur, nolumus in vicariis provincialibus observari. Hos enim volumus praedictis prioribus praecedere, in aliis autem praelatis ultramarinis observari.

Ordinamus autem ob venerationem sacrosancti Missarum sacrificii quod in omnibus Missis, etiam quae non cantantur, duo cerei accendantur; et dum sacrosanctum Christi corpus elevatur, alias cereus ad id munus apto positus ardeat, cum id Ordinarium praecipiat.

Ordinamus propter totius provinciae conformati onem quod in qualibet Quadragesimae hebdomada, tribus diebus, secunda, quarta et sexta feriis habeatur disciplina; et in sacrae nostrae Religionis Adventu<sup>49</sup> duobus diebus, quarta et sexta feriis, singulis hebdomadibus. In reliquo vero totius anni tempore sextis feriis, praeterquam a Pascha usque ad Pentecosten. Dum vero fit disciplina, post Psalmum dicentur tres collectae: 1.<sup>a</sup> *Respice quaesumus, Domine* etc.; aliae vero ad libitum.

Ordinamus quod post Pascha Nona non recitetur finito prandio, sed hora prima postmeridiana, quamvis silentium nondum habeatur.

Ordinamus quod concionatores in minoribus conventibus degentes, in quibus divinum officium non cantatur, omnibus Horis intersint, illis exceptis quae primo de mane dicuntur: ita enim ad studendum non mediocrem tempo-

49. A propósito del «Advento de la Orden» en aquel siglo, dice Torelli que en 1508 quiso el general Gil de Viterbo «introdurre nella Religione il principio dell'Avvento dalla festa di tutti i Santi fino alla Natività di Nostro Signore, laddove per lo passato erasi sempre costumato di principiarlo dalla festa di sant'Andrea». L. Torelli, *Secoli agostiniani*, VI, Bolonia 1682, p. 597.

ris usuram facient. Illa tamen hebdomada, in qua concionantur, Constitutionum privilegiis utentur.

Cum nostrae Constitutiones —1.<sup>a</sup> parte, cap. 3.<sup>o</sup>— solum concionatores exercentes officium praedicationis permittant Horis canonicis in choro recitandis non interesse, volumus et praecipimus ne talibus immunitatibus fungantur, qui officium praedicationis non exercent.

Cum religiosos non deceat proprias dotes diiudicare ad confessiones audiendas, ad sacros ordines et ad litterarum studia, satiusque sit se totos praelatorum iudicio committere, decernimus quod frater qui praedicta petierit, ipso facto pro illa vicem repulsam subeat: commendantes tamen venerabilibus prioribus quod omni cura et veritate praelatos informent de fratum sufficientia, qui ad praedicta possint promoveri.

Declaramus quod quando Constitutiones statuunt —3.<sup>a</sup> parte, cap. 20— ut Rev<sup>dus</sup> Pater provincialis de vicario provideat tempore capituli provincialis in iis conventibus in quibus ad minus non fuerint tres electores, id intelligentum esse de tribus electoribus, excepto ipsius conventus priore; nam alias talis vicarii electio nec esset libera nec secreta.

Quando Constitutiones —2.<sup>a</sup> parte, cap. 8— rasuram in hieme uno quoque mense fieri decernunt, id magis permissio quam praeceptum est; et singulis quidecim diebus in hac provincia omni tempore fieri consueverit, cum Constitutiones non obligent, quindecim singulis diebus fieri praecipimus.

Declaramus quod quando Constitutiones —3.<sup>a</sup> parte, cap. 10— talem volunt in discretum eligi, qui sit de familia illius conventus per annum vel circa, verba illa: vel circa, intelligenda esse decem mensibus omnino completis.

Praecipimus in electione discreti talem in scribam eligi, qui ad discretum non habeat vocem passivam; quod si omnes sacerdotes eam habuerint, frater non sacerdos in scribam eligeretur.

Cum nostrae Constitutiones non statuant quid faciendum sit in eo eventu in quo conventus vel concilii vota fuerint aequalia, statuimus <sup>50</sup>... negotium in primis proponatur tribus vicibus: quod si semper vota fuerint aequalia, senior conventus sacerdos qui vocem habuerit vocetur et negotium denuo proponatur. Quod si non fuerit sacerdos alius in conventu, ut vota fiant inaequalia, in tali eventu praecipimus ut de conventu vel de concilio ille sacerdos egrediatur qui ultimum locum obtinuerit, ut ita vota sint inaequalia et negotium resolvatur.

Cum provincia magnos sumptus faciat in provisione capparum ex nigro panno, qui vulgo crisca dicitur, qui parum durant, praecipimus quod posthac nullus prior fratres vestiat ex hoc, sed ex alio crassiori et firmiori panno: quod tamen non tollit fratrem ex eleemosynis cappam vel chlamydem ex crisca posse conficere.

Ordinamus ad habitus munditiem, quod quando fratribus de vestibus

50. Siguen dos palabras ilegibles, pero es fácil seguir el sentido.

providetur, cuilibet fratri vetus habitus reliquatur: quem ut custodiat, praecipimus in virtute sanctae obedientiae, quod eum nec alicui dare nec in alios usus converti possit; nec ad ipsum prior licentiam cuiquam possit concedere; ita ut quando iterum de vestibus provideatur, omnes tertium habitum ad manus prioris resignent.

Cum magis expeditat debita non contrahere quam nova aedificia erigere, commendamus maxime prioribus ut pro viribus laborent debita conventum solvere et nulla de novo contrahere, sub privatione vocis activae et passivae in capitulo provinciali, nisi legitimam aliquam causam allegaverint, qua ad debita contrahenda de consensu patrum concilii fuerint coacti. Quam rationem expendant ante provincialis electionem Pater praesidens et definitores capituli praeteriti. Quapropter quilibet prior, dum venerit ad capitulum, syngrapham afferet a depositariis et duobus primis deputatis confectam, in qua praescripti biennii et praesentis debita contineantur; et hanc iudicibus causarum praesentabit.

Decernimus quod provinciae procurator et sibi et famulo de vestibus provideat ex omnibus provinciae conventibus pro rata, iuxta conventum qualitatem, quando quidem omnium negotia curat. Conventus tamen Olysonensis nihil solvet, quando quidem eum, famulum et iumentum sustentat.

Quoniam, iuxta nostras Constitutiones —3.<sup>a</sup> parte, cap. 9 et eadem parte, cap. 7 § 15—, ditiores conventus pauperibus et tenuioribus opitulari consentaneum esse invenimus, ne alii necessitatibus opprimantur dum alii abundantia affluunt<sup>51</sup>... definitorum superflua bona conventum, tam fixa quam mobilia, aliis eiusdem provinciae conventibus possit distribuere, illis nempe quibus definitori patres magis expedire iudicaverint.

Quoniam eas eleemosynas, quae per singulas dioeceses exiguntur et conventus Olisponensis per alios provinciae conventus distribuit iam aliquantulum obliteratas invenimus, et hac de causa aliqui conventus suis eleemosynis priventur, eas hoc modo distribui praecipimus: Conventui Olisponensi dentur eleemosynae archiepiscopatum Olisponensis et Bracharensis, excepto archidiaconatu Santarensi; conventui Eborensi eiusdem archiepiscopatus; conventui Santarensi sui archidiaconatus et dioecesis de Tomar; conventibus Algarbiensibus eiusdem dioecesis et Mirandensis pro rata distributae; conventui de Turribus Veteribus episcopatus Lamacensis; conventui de Penna Firmae episcopatus Portuensis; conventui Montis Maioris dioecesis Conimbricensis; conventui Albi Castrensis episcopatus Aegitani; conventui de Arronches dioecesium Portalegrensis, Helvensis et do Crato; conventui Leiriensi eiusdem episcopatus. Quas omnes eleemosynas solus provinciae procurator et nullus alias exiget, illisque conventibus dabit quorum fuerint.

Ne fratres qui ex hac provincia, ut Deo serviant, ad Indos proficiscuntur putent in exilium missi, praecipimus quod, completis quattuor annis residen-

51. También aquí sucede lo dicho en la nota precedente.

tiae in India, qui a die adventus incipient, possint in Lusitaniam redire, nisi vicarius provincialis et illius vicariatus definitores aliquem fratrem diutuis immorari necessarium iudicaverint, vel alicuius officii gratia quo fungatur vel alia de causa, quae tamen non diu durabit. Verum Lusitani huius regni indigenae, qui apud Indos nostram Religionem fuerint ingressi, in Lusitaniam non venient, nisi de licentia Rev<sup>di</sup> Patris provincialis: quam nullo modo concedet, nisi postquam novem annos in India Religionem ingressi compleverint. Qui vero illorum locorum sunt indigenae et nostram Religionem ibi fuerint professi, nulla ratione in Portugalliam mittantur, nisi gravissimus aliquis casus emerserit, ob quem frater aliquis in nullo totius Indiae conventu toleretur; nam tunc, si negotium moram non tulerit ut Lusitaniae provincialis consultatur, vicarius provincialis et Indiae definitores talem fratrem in Lusitaniam mittent et rationem reddent qua fuerunt compulsi. Quod idem observari volvamus in Lusitaniae indigenis, sive in Indiam fuerint missi sive apud Indos Religionem professi.

Praecipimus quod, quando extra congregationem aut capitulum provinciale aliqua de causa fuerit eligendus vicarius provincialis, vel prior aut superior Goensis, talis electio pertineat ad capitulum privatum; et qui in eo fuerint electi non indigeant confirmari denuo in capitulum vel congregationem.

Cum acta pleraque ob oblivionem non observentur, praecipimus posthac in capitulois conventionalibus ut plurimum acta perlegi, et semel in mense ordinaciones provincialium et visitatorum.

Fuerunt in visitatores huius provinciae electi canonice Rev<sup>di</sup> Patres frater Didacus de Purificatione et frater Petrus de Spiritu Sancto. In priores vero: in conventu Olyspionensi Pater fr. Antonius de sancta Maria, in Conimbricensi Pater fr. Didacus de Conceptione, in Eborensi Pater fr. Michael de Angelis, in conventu de Villaviçosa Pater fr. Gaspar de Salvatore, in Santarensi Pater fr. Nicolaus de Trinitate, in Leiriensi in priorem dimissus Pater fr. Antonius de Salvatore, in conventu de Tavira prior vicarius Pater fr. Antonius de Incarnatione, in conventu de Turribus Veteribus Pater fr. Emmanuel de Cruce, in conventu Montis Maioris in priorem dimissus Pater fr. Ioannes de Christo, in Albi Castrensi in priorem dimissus Pater fr. Ferdinandus de sancto Nicolao, in conventu de Arronchez Pater fr. Urbanus de Transfixione, in conventu de Loulé Pater fr. Hadrianus de Iesu, in conventu de Penna Firme Pater fr. Andreas de Conceptione. Electus fuit in definitorem capituli generalis proxime celebrandi admodum Rev<sup>dus</sup> Pater fr. Christophorus de Barros Lusitanus. Capitulum futurum huius provinciae Potugalliae celebrabitur in conventu nostro Olyspionensi.

Haec acta sunt in capitulo provinciali, quae obnixe petimus a Rev<sup>ma</sup> tua Paternitate approbari et confirmari ad huius provinciae maiorem observantiam: quam totam nosque simul Rev<sup>mæ</sup> tuae Paternitati commendamus.

Datae in conventu Olyspionensi, pridie calendas iulias anno a Christo natto M.D.LXXXVI.

Frater Augustinus de Iesu praesidens.- Fr. Christophorus Corte Real pro-

vincialis.- Fr. Emmanuel de Christo definitio.- Fr. Bartholomaeus de sancto Augustino definitio.- Fr. Dionysius de Iesu.- Fr. Andreas de Angelis.- Fr. Simon de Trinitate definitio.

*En el verso: Revmo Patri Magistro Spiritui Vicentino, Ordinis Eremitarum S.P. Augustini Priori Generali dignissimo. Ubi fuerit* <sup>52</sup>.

Nos frater Thaddaeus Perusinus, Ord. Erem. S. Augustini Vicarius Generalis, licet immeritus, retroscripta acta provinciae nostrae Lusitaniae, nec non ven. Patrem fr. Christophorum Corte Real in provincialem dictae nostrae provinciae canocice electum approbamus et harum serie litterarum nostrique officii auctotitate confirmamus. In quorum fidem etc.- Romae, die 3 septembris 1586.

Fr. Thaddaeus, Vicarius Generalis.- Registr. lib. primo.

*Locus sigilli.*

BRAGA, *Arquivo distrital*, caixa 48, s.n. (por orden cronológico).

## 32

Roma, 4 septiembre 1586: Acta provinciae nostrae Lusitaniae et fratrem Christophorum Corte Real provincialem canonice electum confirmavimus.-Dd 42, f. 15.

Roma, 8 septiembre 1586:

Venerabilem magistrum fratrem Augustinum de Iesu, vicarium generalis provinciae nostrae Lusitaniae, confirmavimus.- Dd 42, f. 16.

Roma, 30 noviembre 1586:

Venerabili magistro Augustino de Iesu, vicario nostro..., vices nostras commisimus ac demandavimus omnibus in rebus in quibus catholicus Hispaniarum Rex, sive praelatus aliquis vel princeps curam demandandam esse eidem iudicabunt. Necnon in casibus emergentibus atque in causis in quibus aliquam nostri Ordinis domum sua opera indigere dictus magister censebit. Hinc decernimus ut dictis in casibus et rebus, tam in Hispaniis quam in Lusitania, nostra auctoritate tuta conscientia [agere] queat. Et a nemine nobis inferiori hac in re impediri possit, sub excommunicationis latae sententiae poena.- Dd 42, f. 24.

52. Ya no estaba en este mundo: había muerto en Bolonia —en viaje de visita a Francia y España— el 15 de mayo de 1586, «cum vix quinquagesimum secundum annum aetatis ageret», como dice a base de los registros Herrera, *Alphabetum*, II, 391.- El texto que sigue a continuación lo firma Tadeo, porque el nuevo General lo nombró vicario suyo mientras él permaneciese fuera de Italia.

## 33

DE LOS EXTRACTOS DE TOMÁS DE HERRERA<sup>53</sup>

El autor del *Alphabetum Augustinuanum*, que ya se ha citado en las notas, trabajó con extraordinaria diligencia en el Archivo de la Orden en el año 1633. Son fruto de su trabajo y prueba de su diligencia las muchas noticias seguras y de primera mano que incluyó en la citada obra, así como las que se conservan en el mencionado códice de Madrid. La mayor parte de ellas son sus extractos de los registros de los priores generales, de los que copió la fecha y lo esencial del texto, como puede verse con los registros que aún se conservan. Transcribimos a continuación sus extractos de los dos últimos registros de Tadeo de Perusa, conservando en su ortografía las frases castellanas con que explicó los textos de aquellos dos registros, hoy perdidos. No se dice de ordinario en los extractos dónde estaba el General.

3 enero 1578:

Patres cathedratici et confessores regum et principum in Lusitania. Scribit [Generalis] quod munus visitatoris in posterum non conferatur iis qui sustinent publice cathedras in universitatibus, nec ad aliud Ordinis officium admittantur ii qui sunt deputati obsequio principum et regum. No sé quién entonces estuviese en Portugal diputado desta suerte. Lo de la visita parece que es por el maestro Augustin de la Trinidad, de quo supra egit<sup>54</sup>.- Ms 8435, pág. 724.

16 abril 1578:

Concedimus in gratiam cardinalis Paleotti episcopi Bononiensis, regentem Bononiensem, scilicet magistrum Ludovicum de Beja, legere bis in hebdomada casus conscientiae<sup>55</sup>.- Ms 8435, pág. 725.

12 marzo 1580:

Provinciali Germaniae, Augustino de Iesu, litteras dedimus de obitu Regis Portugalliae et quod patres Bohemiae, Moraviae et Ratisbonenses ad obedientiam et humilitatem cogat.- Ms 8435, pág. 727.

53. Madrid, Biblioteca Nacional, ms 8435, autógrafo de Herrera y ampliamente descrito por G. de Santiago Vela, *Ensayo* cit. III, 610-616.

54. Véase el texto del 22 septiembre 1577 y nuestra nota 44.

55. De su carrera y escritos cf. Vela, *Ensayo*, I, 347-50. En el frontispicio de sus *Responsiones casuum conscientiae*, Roma 1590, se lee: «per Ludovicum de Beia, publicum in Bononiensi gymnasio Sacrae Scripturae professorem et casuum conscientiae in Cathedrali lectorem». En 1582 ya había publicado sus *Decisiones* en Bolonia.

12 junio 1580:

Magistro Aegidio Lusitano conceditur venire ad generale capitulum ad defendendas disputationes. Et fratri Thomae de Iesu quod in omnibus spiritualibus exercitiis obsequatur illustrissimae dominae Helenae de Lencastro. Este no es de los Trabajos de Jesús, por que estaba cautivo en Africa.- Ms 8435, pág. 728.

20 junio 1580:

Cosmas de Praesentatione declaratur magister dum fuerit in Germania [27 julio 1580]: Obierat Bononiae frater Cosmas de Praesentatione, hermano de fray Thomas de Jesús; a 18 avía escrito al prior de Bolonia, encomendándole a fray Cosme y a su compañero: estaba en Bolonia el maestro fray Luis de Beja, portugués, theólogo del cardenal Paleotto. 30 iulii, provinciali Germaniae scripsimus de obitu fratris Cosmae de Praesentatione et rogavimus eum ut patienter ferat hunc casum adversum <sup>56</sup>. Era el padre Agustín de Jesús.- Ms 8435, pág. 728.

3 septiembre 1582:

Visitatorem utriusque provinciae Castellae per patentes litteras et praesidem capituli provincialis per publicas litteras creavimus magistrum Augustinum de Iesu, virum quidem eruditum et vitae integerrimae insignitum rerumque gerendarum experienta ornatum, cum pater Ioannes de Guevara, ad haec munera exercenda institutum iam a nobis, ea persequi non possit.- Ms 8435, pág. 765.

Conviene advertir acerca de este último texto, que la frase «utriusque provinciae Castellae» no debe entenderse como si fueran dos las provincias de Castilla: era una sola la que llevaba este nombre, mientras la otra se llamaba de Andalucía. Reunidas por el capítulo de 1541, el General vuelve a separarlas en 1582 y separadas continuaron hasta la secularización del 1837. *Archivo Agustiniano* 64 (1980) 11-13.

Se dice también en el texto que Agustín de Jesús fue nombrado visitador de ambas provincias y presidente del capítulo, porque Juan de Guevara, nombrado antes que él por el mismo General, no podía cumplir dichos cargos. El hecho se explica, porque Guevara era profesor en la Universidad de Salamanca y porque en enero de 1582 había comenzado en ella la contienda que dio origen a las controversias «de auxiliis», contienda en la que nuestro agustino tomó parte activa desde el principio.

56. De este fray Cosme, que debía de parecerse por su doctrina y por temple espiritual a fray Agustín de Jesús, cf. Vela, *Ensayo*, VI, 397.

Notemos por último que las dotes que en su carta atribuye el General a fray Agustín de Jesús —ya conocido por él en Lisboa en 1573—, confirman el juicio que se había formado del agustino portugués aquel gran conocedor de hombres que fue el cardenal Morone, juicio que ya hemos citado en la nota 45.